[†] qm̄ sodomite erant.

secretiozi parte narium azotū z si-

nes ei⁹. **E**t ebullierunt ville z agri
in medio regionis illius: z nati sūt
mures: z facta est confusio mortis
magna in ciuitate. **V**identes autē
viri azoti huiusmodi plagaz: di-
xerunt. **N**on maneat arca dei isrl̄
apud nos. qm̄ dura est manus ei⁹
super nos: z super dagon deū no-
struz. **E**t mittentes cōgregauerūt

[†] p̄ principes.
omnes satrapas philistinorū ad
se: z dixerunt. **Q**uid faciemus de

arca dei israel? **R**esponderuntqz
[†] s̄ sacerdotes et diuini. [†] torcularia vel op-
p̄zimentes.
gethei **C**ircūducatur arca dei isrl̄

Et circūdixerunt arcam dei isrl̄.
Illis autem circūducentibus eā:

hiebat manus domini super singu-
las ciuitates interfectiois magne

nimis. z percutiebat viros vnius-
cuiusqz vrbis a puero vsqz ad ma-
iorem: z cōputrescebāt prominē-
tes extrales eoz. **I**nterūtqz gethei

cōsiliū z fecerūt sibi sedes pellic-
ceas. **M**iserunt ergo arcam do-
mini in achazon. **L**unqz venisset

arca domini in achazon. exclama-
uerunt achazonite dicentes: **A**d-
dixerūt ad nos arcā dei israel: vt

interficiat nos z populum nostrū
Miserūt itaqz: z congregauerunt

oēs satrapas philistinorū. **Q**ui
dixerunt: **D**imittite arcam dei isrl̄

z reuertatur in locum suum: z nō
interficiat nos cuz populo nostro

Fiebat enim pauor mortis in sin-
gulis vrbibus: z grauissima valdē

manus dñi. **C**iri quoqz q̄ mortui
non fuerant: percutiebant i secre-

tiozi parte narium: z ascendebat
vlulatus vniuscuiusqz ciuitatis in

cælum.

Et percussit in
I. p. n. **Q**ui testamē-
tum dei suscipiunt: z
posteriora huius vite
diligūt. ex ipsis iuste
in posteriora crucia-
buntur: que debent
estimare sicut sterco-
ra. **Q**ui enim testamē-
tum dei assumunt: z i
posteriora respicien-
tes veteri se vanitate
non exuunt: similes
sunt eis q̄ arcā testa-
menti iuxta idola sua
posuerunt. **E**t vetera
quidem etiam illis no-
lentibus cadunt: qz
omnis caro fenit. ar-
ca autem manet igitur
num. scaturit. s. testa-
mentum regni celoꝝ
vbi est verbus dei in
eternum.

Circūducatur.
vt si quocunqz eat. p-
cussio comiteur: scia-
mus esse plagā a deo
qd̄ voluntate dei cō-
silio eorum actū est:
vt plaga communis
esset: qm̄ culpa cōmu-
nis erat.

Ergo. interiora.
inde extrales. vbi fie-
bat plaga.

Septem mensibus. Septenari⁹ significat vniuersitatem temporum. que discurrit septenario numero dierum. et significat dei testamentum: vsq; ad confirmationem seculi in gentibus permansurum.

Quinq; anos etc. **Q**uinq; anni aurei: et quinq; mures q's fecerunt philistei post plagam suam: et attulerunt ad arcam. significat qz carnales quinq; sensibus corporis dediti. cum a dno fuerit correpti scelera sua. ppa agnoscentes iuste se percussos esse p'sitent: et licet cogitauerunt in melius commutant. qd bn significat quinq; ciuitates philistinorum. azotus. gaza. ascalon. geth. achazot. illos. i. exprimites: q' externi hominis actus sequuntur. Gaza ciuitas eueborum i q' habitauerunt capadoces p'stinis cultoribus i terfectis. apd veteres erat finis chananeorum iuxta egyptum. et cecidit i forte iude: sed ea non potuit obtinere: qz enachim. i. gigatel allop'biloz fortissime resistit. Et e' vsq; hodie insignis ciuitas palestine. dicitur gaza futura i tumulum sempiternum. qz primu fundit' destructa est: et i alio loco alia edificata. Ascalon vrbis nobilis palestine deserta tribu iude: s; habitatores ei' superare non potuit. Beth aut nunc vicijs gradis vocat' gethan. Inter antipatrem et thana. e' et alia villa hui' nois. Achazot e' i tribu dā vel i tribu iude ad lenā chananeoz s; p'stinis habitatores n' cepulit. et vsq; hodie gradis vici' acharon dicitur inter azotum et thana. nam respiciens ad orientem. Quidā putant acharon turris stratonis postea cesareā nūcupatā. Azotus iter pretat' ignis p'ris mei v' incendit. Gaza fortitudo. ascalon ignis ifamis. v' ignis ignobilis. Beth. torcular

Hic ergo arca dñi i regione philistinorum

septem mensibus. Et post hec vocauerunt philistinim sacerdotes et diuinos dicentes. Quid faciemus de arca dei? Indicate nobis quomodo remitemus eam in locum suum. Qui dixerunt: Si remittitis arcam dei israel. nolite dimittere eam vacuam: sed qd debetis reddite ei pro peccato: et tunc curabimini. et scietis quare non recedat manus eius a vobis. Qui dixerunt: Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderunt illi. ^{vel eis} Juxta numerum prouinciarum philistinorum. quinq; anos aureos facietis. et quinq; mures aureos. quia plaga vna fuit omnibus vobis et satrapis vestris. Facietis qz similitudinem anorum vestrorum. et similitudines murium qui demoliti sunt terram. et dabitis gloriam deo israel: si forte releuet manum suam a vobis. et a dijs vestris. et a terra v'ra. Quare aggrauatis corda v'ra: sicut aggrauauit egyptus et pharao cor suu'. Nonne postq; percussus est. tunc dimisit eos: et abierunt. Nunc ergo arripite et facite plaustrum nouum vnum. et duas vaccas fetas. quibus non est impositum iugum iungite i' plastro: ^{quasi in seculo remanentes. s; pariter filios} et recludite vitulos earum domi. Colletisq; arcam domini et ponetis in plastro. et vasa aurea que exoluistis ei pro delicto. ponetis

in capsella ad latus eius. et dimitte eam vt vadat: et aspicietis. Et siquidem per viam finium suorum ascenderit contra bethsames: ipse fecit nobis hoc malum grande. Sin autem minime. sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos: sed casu accidit. ^{s; sanctos renunciantes. seculo.} Fecerunt ergo illi hoc modo. Et tollentes duas vaccas que lactabant vitulos. iunxerunt ad plaustrum. vitulosq; earum recluserunt domi. et posuerunt arcam dei super plaustrum et capsellam que habebat mures aureos et similitudinem anorum. Ibant autem in directum vacce per viam que ducit bethsames: et itinere vno gradiebantur pergentes et mugientes: et non declinabant neq; ad dexteram neq; ad sinistram. Sed et satrapę philistinorum sequebantur vsq; ad terminos bethsames. Porro bethsamites metebant triticum in valle. Et eleuantes oculos viderunt arcam: et gauisi sunt cum viderent. Et plaustrum venit i agrum ioseph bethsamite: et stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus. Et conuiderunt ligna plaustrum: vaccasq; ^{s; leuite vel sacerdotes: qz alijs non licebat.} imposuerunt super ea holocaustum domino. Leuite autem deposuerunt arcam dei et capsellam que erat iuxta eam: in qua erant vasa aurea: et posuerunt super lapidem gradem. Viri autem bethsamite obrulerunt holocausta. et immolauerunt victimas in die illo domino: et quinq; satrapę philistinorum viderunt: et re-

Achazot. eruditio tristitia. vel sterilitatis. Dis enim p'piscetia i famis et ignobilis: p' diabolū ifamata. p' contrarias fortitudines iftigata. et p' torcular neque expressa. vnum pfundit amaritudinis. in doctrina praua: et opatione puerfa: et iō tedit ad mortē vbi e' tristitia vera et sterilitas perpetua.

Plaustrum. Curculi. arca sacra scriptura.

Quas vaccas Iudoms. Vacce arca gethates factos significat: q' seculo renūciat: qui nullū delicti traxerunt iugū. Sicut enim vacce vitulorum affectu a recto itinere n' deniāt. sic sancti p'ies tali affectu a bono p'posito nō exorbitāt.

Bethsames. Cimitas e' sacerdotat' i tribu beniamin: q' v' qz hodie monstrat' de eleutheropoli p'gentibus nichopolim i. x. miliario p'tra orientē. Altera bethsames e' i tribu neptali: in q' p' māsere cultores aniq.

Que ducit. Via. i. regia entes bethsames. i. i domū solis celestē. i. hierusalē vbi semp lucet sol iusticie.

Et nō decli. i. nec extollebat. p'speris: nec fragebant' aduersis. Sicut ad g'ni solis habitationē tēdim': ab itinere dei p' carnalibus affectibus n' declinam'. p'sandū aut q' vacce dei plastro suppositę p'gūt et genuit nec tñ ab itinere gressus flectūt. sic p'dicatores dei et q'libet fidel' itra ecclesiā esse debēt: vt p'rimis cōpatiāt' p' charitatē et de via dei n' exorbitēt p' cōpassionē. Arca q'ppe supposita bethsames pergēt: e' cum supna scia ad iternę lucis habitaculū p'p'ire. qd de facim' cū p' affectu pignoz nō declinam'. Sic enī i cedere debēt: q' sacre legis iugo suppositi: per internā scientiam

domini arcam portant: vt p̄p̄inquoꝝ necessitatibus cōdolentes a rectitu-
dine non declinent. quozū gratia mentē nostrā tenere debet: ne aut si affe-
ctu non tangitur dura sit. aut plus tacta sit in fletu remissa.

Bethsames. Dom⁹ sol. Hęc ē ecclesia q̄ sole iusticie illustrata. Beth-
sames in valle fru-

menta metere. est do-
ctores ecclesie anno-
nam verbi dei in hu-
militate tractare. La-
pis i agro iosue. chri-
stus i ecclesia sua. Li-
gna plaustru crucis xpi
Vaccas super lapi-
dem immolare. est cō-
uersos a seculo i xpi
imitatōe mortificare

Azotus unū.
zc. Ildo. Quinqz
anos. 7 quinqz mures
quinqz ciuitates de-
derunt. Reliquę autē
ciuitates prouinciaz
7 villę que crāt absqz
muro: mures tantuz
vnde. Ab vrbe mu-
rata vsqz ad villam
q̄ erat absqz muro zc

Abel. Ciuitas ē
in termino israel: que
ante bethsames vo-
cata: nūc vocat̄ abel
vel propter luctuz su-
per viris bethsamiti-
bus ibi factū. vel pp̄
distinctionē ciuitatis
a bethinacha: d̄ q̄ ex-
clamauit mulier sapi-
ens ad ioab. qui iter-
rogant interrogēt in
abella.

Percussit autē
Qui cū nō essent leni-
te: ausi sunt videre ar-
cam. hoc ne pateret̄ i
exodo populus: lōge
stabat. solus moyses
ascendit ad dñm.

Percussit de
populo zc. In be-
bzeo percussit de po-
pulo. lxx. viros. 7. l.
milia viros. lxx. viros
indices. Lxx. hebrei
dicunt: nulli licebat
detectā videre arcā
nisi pontifici. percussū
ergo sunt eo q̄ indi-
gni essent: vel idigne
accessissent: vel nō cu-
stodissent arcam.

Miserunt nun-
cios R. Significa-
tur translatio testamē-
ti dñi a iudcis ad gē-
tes. quia cum illi car-
nali obseruantia atqz
phanisicōzū superstitionibus legem sedarent. christi 7 discipuloꝝ eius do-
ctrinam recusauerūt. vnde: Vobis oportebat primū loq̄ verbi dei: sed
qz indignos vos iudicastis. ecce cōuertimur ad gentes.

Chariatharim. R. Interpretat̄ villa siluarū. de qua dicit̄. donec
inuentā locū dño tabernaculū deo iacob. Ecce audiui: nō ē in effra. iue.
e. in. c. l. Locus enī dñi est tabernaculum pectoris christiani populi. Ci-
uitas enī siluarū. i. conuentus gentium: est locus aptus ad suscipiēdas

uerfi sunt in acharon in die illa.

Di sunt autēz ani aurei: quos red-
diderunt philistim. p̄ delicto dño

Azotus unū. gaza vnuz. ascalon
vnū. geth vnū. acharon vnū. Et

mures aureos secundū numeruz
vrbiū philistim quinqz prouicia-
rum: ab vrbe murata vsqz ad vil-

lā que erat absqz muro. 7 vsqz ad
Iabel magnū super que posuerūt

arcas domini: que erat vsqz i illo
die i agro iosue bethsamitis. Per-

cussit autē de viris bethsamitib⁹:
eo q̄ vidissent arcam domini. 7 p̄

cussit de populo septuaginta viros
7 quinquaginta milia plebis. Lu-

xitqz populus: q̄ percussisset dñs
plebem plaga magna. Et dixerūt

virī bethsamitę: Quis poterit sta-
re i conspectu domini dei sancti

huius: 7 ad que ascēdet a nobis
Miseruntqz nuncios ad habita-

tores chariatharim dicentes: Re-
dixerūt philistim arcam domini

descendite 7 reducite eā ad vos.

CC. VII.

Venerūt ergo
virī chariatharim 7 re-

dixerūt arcam domini: 7 intulerūt
eam in domum aminadab in ga-

arcam. In domo aminadab. qui interpretatur pater meus spontaneus: 7
dicere potest: voluntarie. s. tibi.

Rab. Chariatharim. Ciuitas est saltuum: vna de vrbius gabaonitaz
p̄tincens ad tribū iudę nono miliario cunctibz ab elia diospoli. de hac fuit

arias propheta que
interfecit ioachim in
hierusalem: sicut scri-
bit hieremias.

Eleazarum R.
De adiutorū. Bñ
autē q̄ hoc noīe vocat̄
ad arcā dñi custodiē
dā eligit. qz sancti vi-
ri qd̄quid habēt bo-
ni deo attribuit. n̄ si
bi. vñ sufficiētia nra
ex deo ē: q̄ idoneos fe-
cit nos ministros no-
ui testamēti.

Babaa. R. col-
lis atqz humiliū. vñ
Suscipiat mōtes pa-
cē p̄lo: 7. c. i. Mōtes
maiores atqz: collecti mi-
nores. Seu etiam ga-
baa interpretat̄ subli-
mitas. vbi eleazar sa-
cerdos constituitur.

Annus uicesi-
mul. erat. qn̄ vij. ā.
no regni saul allata ē
i castrū d̄ chariathari

Annus uicesi-
mul R. No ita itel-
igendū ē. q̄ viginti
anni quibz arca man-
sit i chariatharim vsqz
ad octauum regni
dauid annū: quo eā
cōgregata populi fre-
quētia adduxit i hie-
rusalē sint cōputadi.

Inuent̄ enī i sequē-
tibz: q̄ tēpore saul
de hac ciuitate abla-
ta ē in castra contra
philisteos. 7 qz p̄stat
qz dauid duxit eam i
hierusalem de domo
aminadab: restat itel-
ligi. q̄ in diebus sau-
lis de castris relata ē
in p̄fata ciuitatem:
vnde postea regnāte
dauid reducta ē i hie-
rusalem. Est ḡ sensus
qz ex quo mās arca i
chariatharim: erat
ann⁹ uicesim⁹. cū i tē-
pore saulis trāsata ē
in castra. Vel vice-
sim⁹ ann⁹ erat cū oīs
domus isrl̄ post dñm
quēssit abiectis ido-
lis: 7 seruicis illi. qd̄
eam fecisse toto tem-
pore samuelis iosuephus testat. xxvij. s. ānis. 7 p̄no tpe regni saul: qd̄ eodē
iosuepho teste. xx. ānis tenuit. Cū enī recessisset a saule spiritus dñi: 7 agita-
ret eū spūs nequā ad p̄sequēdū dauid: secuta ē eū aliq̄ ps militię 7 plebis
Astaroth. Facta explorationū. Qui ver⁹ israelita ē: aufert a se omnē
facturā malignoꝝ spiritū 7 iactantiā atqz supbiā. Et seruit dño soli: qz
nulla societas lucis ad tenebras.

Maspbat. Ciuitas ē in tribu iudā iuxta chariatharim.

baa. Eleazarum autem filiū eius
sanctificauerūt: vt custodiret arcā

domini. Et factum est ex qua die
mansit arca domini in chariathia-

rim: multiplicati sunt dies. erat
quippe iā annus vicesimus. 7 q̄

eruit omnis domus israel post do-
minū. At autē samuel ad vniuer-

sam domum israel dicens: Si in
toto corde vestro reuertimini ad

dominū. auferte deos alienos de
medio vestru⁹ baalim 7 astaroth

7 preparate corda v̄ra dño: 7 ser-
uite illi soli: 7 eruet vos de manu

philistim Abstulerūt ergo filij isrl̄
baalim 7 astaroth: 7 fuisse dño so-

li. Dixit at̄ samuel. Cōgregate vni-
uersū isrl̄ i masphath: vt orē p̄ vo-

bis dñm. Et p̄uenērt i masphath
Hauserūtqz aquā. 7 effuderūt in

cōspectu dñi: 7 ieiunauerūt in die
illa. 7 dixerūt tibi peccauim⁹ dñe

Judicauitqz samuel filios israel i
masphath. Et audierūt philistim

qz congregati essent filij israel in
masphath: 7 ascenderunt satrape

philistinorū ad israel. Quoz au-
dissent filij israel. timuerūt a facie

philistinorū. Dixeruntqz ad samu-
el. Ne cesses pro nobis clamare

pro samuelis iosuephus testat. xxvij. s. ānis. 7 p̄no tpe regni saul: qd̄ eodē
iosuepho teste. xx. ānis tenuit. Cū enī recessisset a saule spiritus dñi: 7 agita-
ret eū spūs nequā ad p̄sequēdū dauid: secuta ē eū aliq̄ ps militię 7 plebis
Astaroth. Facta explorationū. Qui ver⁹ israelita ē: aufert a se omnē
facturā malignoꝝ spiritū 7 iactantiā atqz supbiā. Et seruit dño soli: qz
nulla societas lucis ad tenebras.

Maspbat. Ciuitas ē in tribu iudā iuxta chariatharim.

Maspbat. B.
Speculatio vel con-
templatio. vel intentio
vel locus iudicij. bñ
aut cōuenit iste locus
tam sancto viro qui i
iusticia et veritate in-
dicauit et summa prudē-
tia gubernauit pplm.

Maspbat. B.
Ecclesia i unitate fi-
dei sub nouo sacerdo-
tio collecta: aquas la-
crimarum hauriēs satis
faciēdo in conspectu
dñi effudit: ppha po-
puli i maspbat iudi-
cat: qz doctor eos ma-
xime docet: quos i in-
tentione contēplatio-
nis. et ad amorem pa-
trie celestis intentos
esse perspexit.

**Hauserunt
aqua et effude-
runt. B.** Sicut aqz ef-
fusa n̄ redit: sic nec ipi
redirēt ad idolatriā.

Agnus lactentē
Agnus oblatas pro
populo dei victoriaz
p̄stet: et p passionē
christi demōibz supra
qz: par data ē fidei.

Rab. innocentes
vitam igne charita-
tis accensam.

Bethachar. B.
domus agnitionis: vel
domus agni.

**Et posuit euz
iter maspbat.** alia
editio inter maspbat
nouā et veterē: et vo-
cauit nomē eius abe-
neser. vñ abongener
i. lapis adiutorij. hęc
est medietas salua-
toris: per quā transe-
undū ē a maspbat ve-
teri ad nouā. i. ab in-
tentione qua expecta-
tur i carnali regno be-
atitudo fallax: ad intē-
tionē qua p nouū. t.
expectat i regno ce-
loz beatitudo vera:
qz qm̄ nihil ē meius:
hucusqz adiuuat de-

**Maspbat. In-
tentio. Sen. dentū**
Lapis inter hęc. chri-
stus iter intētionē ve-
teris. t. euāgelij p̄di-
cationē posuit. i. ple la-
pis p̄ firmitatē ad-
iutorij: qz suos cōtra
demōes adiuuat di-
micantes.

Ducusqz. au.
Quia qz hos terminos
trāscendūt: vt hereti-
ci. auxiliū dei nō me-
rentur.

ad dominum deum nostrū: vt sal-
uet nos de manu philistiorū. Tu-
lit autem samuel agnum lactentē
vnum: et obtulit illū holocaustuz
integrum domino. Et clamauit
samuel ad dñm pro israel: et exau-
diuit eum dñs. Factū est autē euz
samuel offerret holocaustū philis-
teos inire p̄lium contra israel.
Intonuit autē dñs fragore ma-
gno i die illa super philistim: et ex-
territ eos: et cęsi sunt a filiis israel
Egressiqz viri israel de maspbat p-
secuti sunt philisteos: et percussē-
runt eos vsqz ad locuz qui erat subter
bethachar. Tulit autē samuel lapi-
dem vnum. et posuit eū inter mas-
pbat et inter sen: et vocauit nomen
loci illius lapis adiutorij. Dixitqz
hucusqz auxiliatus ē nobis dñs
Et humiliati sūt philistim: nec ap-
posuerūt vt venirent vltra in ter-
minos israel. Facta est itaqz man-
domini super philisteos cunctis
diebus samuel. et reddite sunt vr-
bes quas tulerat philistim ab isrl
israel: ab acharon vsqz geth et ter-
minos suos. Liberauitqz israel d-
manu philistinorū. eratqz par iter
israel et amorreū. Judicabat quo-
qz samuel israel cunctis dieb⁹ vi-
tę suę. Et ibat per singulos annos
circūiens i bethel i galgala et mas-
pbat: et iudicabat israelē in sup̄ra
dictis locis. Reuertebatqz i rama-
tha. ibi enim erat domus eius: et
ibi iudicabat israelē. Edificauit
ibi etiam altare domino.

C. C. VIII.

Factum ē autē
quia etate et curis grauatis
solēna celebrare non poterat.
cum senuisset i samuel.

posuit filios suos iudices super
israel. Fuitqz nomē filij eius pri-
mogeniti iobēl: et nomen secundū
abia: iudicum in bethabe. Et non
ambulauerūt filij illius in vijs ei⁹
sed declinauerūt post auariciam.
acceperūtqz munera: et puerterūt
iudicium. Cōgregati ergo vniuer-
si maiores natu israel: venerūt ad
samuel i ramatha. Dixeruntqz ei:
Ecce tu senuisti: et filij tui nō abu-
lant in vijs tuis. Constitue nobis
regem vt iudicet nos: sicut et vni-
uerse habent nationes. Displicuit
qz sermo in oculis samuelis: eo qz
dixissent da nobis regem vt iudi-
cet nos. Et orauit samuel ad dñm
Dixit autē dominus ad samuel Au-
di voces populi in omnibus que
loquūtur tibi. Non enim te abie-
cerunt: sed me ne regnem sup eos
iuxta omnia opera sua que fecerūt.
a die qua eduxi eos de egypto: vs-
qz ad dies hanc. Sicut derelique-
runt me: et seruiuerunt dijs alienis
sic etiam faciunt tibi. Nunc ergo
audi vocem eozū. Uerū tamen cō-
testare eos: et p̄dic eis ius regis.
qz regnaturus ē sup eos. Dixit ita-
qz samuel omnia verba dñi ad po-
pulum qui petierat a se regem. et
ait: Hoc erit ius regis. qui impa-
turus ē vobis. Filios vestros tol-
let: et ponet in curribus suis. Fa-
cietqz sibi equites et p̄cursores
quadrigarū suarum. Et cōstituet

Eratqz par. chri-
stus ē nra par: qz fecit
vtraqz vñ. p que fa-
cti sūt. ppe qz erāt lōge

Balgala. Cui-
tas ē vbi tolue pplm
scđo circūcidit et pas-
cha celebravit: et desi-
ciēte māna isrl vsus ē
panibz triticeis. vbi et
lapides sūt trāslati d-
aluce iordanis. vbi
tabernaculū testimonij
multo tpe fuit. hęc ce-
cidit i forte iude: et vs-
qz hodie ostendit locus
in secūdo ab hierico
militario hoibz illius
regionis venerādu.

Intonuit B. cū
p̄dicatore euāgelij
dñs ironat: spiritales
hostes i fugā pueritū
corā isrl. i. p̄lo dei. et
psequit eos vsqz i do-
mū agnitōis: vsqz qz
s. ois error expurget:
et deo de cognoscat.

Balgala. interp-
tat voluntario vs
uelatio. bñ g. ppha i
bethel et galgala et
maspbat iudicauit is-
rael. et reuertē i rama-
tha i domū suā iudi-
cauit ibi isrl: et edifica-
uit ibi altare dño. Ex-
emplū tribuens iudi-
cū esse faciēdū in do-
mo dei. nō idiscrete:
vel maliuola mente:
sed scđm qd scripta
reuelauerit. et intētio-
ne bona et amore fra-
tino: et sic eē reuertēdū
i ramatha i domum
nram. i. ad iterna pe-
ctoris: vt vacem⁹ p̄te
platoi. et i altari fidei
gratas hostias opis
et vitatis offeramus.

Edificauit al. d
Lex p̄cepit n̄ edifica-
ri altare: nisi vbi dñs
elegisset. sed ne imola-
rēt dijs: p̄struxit alta-
re i qz nō respēdit.

Posuit si. B. qz
scđm iosephū altēz i
bethleē. alterū in ber-
sabe posuit.

Abia B. p̄ dñs
l p̄ fuit bñ g. qz i cho-
ata iusticia n̄ p̄māse-
rūt: et p̄nitatē dñi ne-
glexerūt: fuit de⁹ vs
p̄ fuit noiati sūt. vt si-
gnificēt p̄nitatē dei
indignū.

Et nō am. zc. qz
p̄ munere opp̄mebat

institiā ad ep̄lat p̄cio
 facti p̄uina dclinatel
Vocabulo
Saul. Saul qui offe
 lo deo factus ē rex su
 per israel: iudeos si
 gnificat. sicut enī ipse
 durus et superbus et
 rigidus factus est: vt
 eos seruiti onere ma
 gis premeret q̄ libe
 raret. sic populus in
 deorum: quāuis vn
 ctus in sacerdotibus
 et regibus: tamen an
 cille filius erat que in
 seruitutē generabat:
 nec perfectā libertatē
 per vnctionem conse
 qui poterat. p̄cipue
 quia regem verum et
 mansuetū recipere no
 luit: per que potuit li
 berari. Saul e. go pe
 titio interpretat: qui
 fuit de stirpe benia
 min: quia filius cis. fi
 lij abiel. filij seor. filij
 bechozeb. filij sared
 filij aphia. Benia
 min filius dextre. Cis
 dorus: vel vomitus
 viri: vel vomitus vir
 Abiel pater meus de
 us. Seor paruulus:
 turbulens. Becho
 reb. primogenit⁹ tu⁹
 Sared descensio. A
 phia liberalitas dñi
 Israel ergo filius dei
 primogenitus. et pat
 eius deus. filius fuit
 dextre: qz per auxiliū
 dei hostibus p̄uina
 luit: sed qz ingratus et
 durus a liberalitate
 dñi descendit: i blas
 phemiā erupit: et de
 magno paruulus: et
 de placido turbulen
 tus factus est.
R. Saul asinas pa
 tris sui querens. v̄it
 ad propheta. a quo
 vnctus est. significat
 qz in dei stulticiā car
 nalis sensus sequētes
 p̄ errozes deuioz luxū
 mundi perquirunt.
 Asinus enim brutus
 et luxuriosus animal
 est. et ad prophetā ve
 nientes. i. moysen: au
 diunt asinas esse in
 uentas. i. bona terre
 sibi esse debita. a quo
 etiam vnctionis oleū
 et regni gubernaculū
 promittit: i quibz ad
 tēpus fratres suos d̄
 manu hostium eripe
 rent.

^{s iudices.}
 sibi tribunos et ceteros. et ara
 tores agrorum suorum. messorēs
 segetum. et fabros armorum et curru
 um suorum. **Filias quoque vestras**
^{s coquarias}
faciet sibi unguentarias. et foca
rias. et panificas. Agros quoque ve
stros et vineas et oliueta optima
tollet: et dabit seruis suis. Sed et
^{s que redeunte anno vinee profertur.}
segetes vestras. et vinearū reddi
tus addecimabit: vt et det eunuchis
et famulis suis. Seruos etiam ve
stros et ancillas et iuuenes opti
mos et asinos auferet: et ponet in
opere suo. Breves quoque vestros
addecimabit. vosque eritis ei serui
Et clamabitis in die illa a facie re
gis vestri. et non exaudiet vos do
minus in die illa: quia petistis vo
bis regem. Noluit autē populus
audire vocem samuelis. sed dixē
^{s. audiemus te.}
rūt: Nequaquam. rex enim erit sup
nos. et erim⁹ nos quoque sicut oēs
gentes. et iudicabit nos rex noster
et egredietur ante nos: et pugnabit
bella nostra pro nobis. Et audiuit
samuel omnia verba populi: et lo
cutus est ea in auribus domini.
Dixit autē dñs ad samuelem. Audi
vocē eorū: et cōstitue super eos re
gem. Et ait samuel ad viros israel
^{s donec indicet deus quid faciamus.}
vadat vnusquisque in ciuitatē suā.

C. IX.

Erat uir de
^{s filius dextre. s durus vt vomitus viri: vel romens vir.}
 beniamin nomine cis
^{s pater meus deus. s paruulus vel turbu lentus. s primogenitus tuus.}
 filij abiel. filij seor. filij bechoz
^{s descendens vel descensio. s liberalitas domini. s binomus fuit. erat autē familia pertinens ad tribum beniamin.}
 filij sared. filij aphia. filij viri ge
 mini fortis roboze. Erat ei filius

^{s petitio.}
 vocabulo saul. electus et bonus:
^{s secundum huius vite iusticiam.}
 et non erat vir de filiis israel melior
 illo. Ab humero et sursum eminebat
 super omnē populum. Perierunt
 autem asine patris saul. Et di
 xit cis ad saul filiū suum. Tolle te
 cum vnū de pueris: et cōsurgēs
 vade et quere asinas. Qui cum trā
 sissent per montē ephraim. et p̄ ter
 ram salisa. et non inuenissent: trāsi
^{s ciuitas melchisedech.}
 erunt etiā per terram salū. et nō
^{s. i. beniamin}
 erant: sed et per terrā gemini et mi
 nime reppererunt. Cum autē ve
^{s pauus samuelis}
 nissent in terram suph. et non iue
 nissent. dixit saul ad puerum suū.
 qui erat cum eo: Veni et reuertamur
^{s a mente amouerit.}
 ne forte dimiserit pater meus asi
 nas: et sollicitus sit pro nobis. Qui
 ait: Ecce est vir dei in ciuitate hac
 vir nobilis. Omne quod loquitur:
 absque ambiguitate venit. Nūc er
 go eamus illuc: si forte indicet no
 bis de via nostra propter quā ve
 nimus. Dixitque saul ad puerū suū
^{s putauit saul. qz non indicaret asinas. ni si precio.}
 Ecce ibimus. quid feremus ad
^{s faculus uel pera.}
 virum dei: Danis defecit iustar
 cius nostris. et sportulam nō habe
 mus: vt demus homini dei: nec
 quicquā aliud. Rursū puer respō
 dit sauli et ait: Ecce inuenta est in
 manu mea quarta pars stateris
 argenti. demus homini dei: vt indi
 cet nobis viam nostram. Quā in
 israel sic loquebatur vnusquisque
 vadens consulere deum. Venite
 eamus ad uidentes. Qui enim pro
 pheta dicitur hodie: vocabatur oliz
 videns. Et dixit saul ad puerum
 suum. Optimus sermo tuus: veni

Non erat me
lior. H. Scdm p̄g
 sentis vite iusticiam.
Idem. Hoc magi ad
 xpm pertinet: d̄ quo
 dicit: ecce puer meus
 electus quem elegi: et
 alibi. Quis similis
 deo in filiis dei.

Stateris. Sta
 ter sidus ē qui habet
 xx. obolos. i. denari
 os decem.

Demus. Quāuis
 se dare decreuerint:
 non legimus qz sa
 muel acceperit. si ta
 men accepisset: nō re
 putaretur in diuinati
 onis premium: sed in
 prophete stipendiū.

Quā in israel
sic loqueba. zc.

Et ait beda non by
 storiographi: sed el
 dre verba sunt.

Uidens. Dicit
 propheta: qz per spi
 ritū p̄uolūt futura.

Cliuū. Cuius
ascensus montis flex
uosus.

eamus. Et ierunt in ciuitatē i qua
erat vir dei. Cūq; ascenderent
cliuū ciuitatis. inuenerūt puellas
ciuitatis egredientes ad haurien
dam aquam: et dixerunt eis. Nū
hic est videns? Quē respondētes
dixerūt illis. Hic est ecce ante te:
Festina nūc. Hodie enim venit i
ciuitatez: qz sacrificium est hodie
populi in excelso. Inredientes
urbem statim inuenietis eū: an qz
ascendat excelsum ad vescenduz.
Neq; enim comesturus ē populuz
donec ille veniat. quia ipse bene
dicet hostię: et deinceps comedēt
qui vocati sunt. Nunc ergo cōscē
dite: quia hodie reperietis eū. Et
ascenderunt in ciuitatem. Cūq;
illi ambularent i medio vrbs. ap
paruit samuel egrediens obuiam
eis: vt ascenderet in excelsū. Dñs
aut reuelauerat auriculā samuelis
ante vnā diem qz veniret saul. di
cens: Hac ipsa hora. quē nunc ē
cras mittam ad te virum de terra
beniamin. et vnget eum ducē sup
populum meuz israel: et saluabit
populuz meū israel de manu phi
listinorū. qz respexi p populū meū.
Venit enim clamor eoruz ad me.
Cūq; asperisset samuel saulē: dñs
ait ei. Ecce vir quē dixeram tibi.
Iste dominabit populo meo. Ac
cessit autē saul ad samuelem i me
dio porte: et ait. Indica oro mibi:
vbi est domus videntis. Et respō
dit samuel sauli dicens: Ego sum
videns. Ascende ante me in excel

Et unget eum
duce. Saul victus
christū significat: qui
et ipse christus appel
latus ē. vii. Quare nō
timuisti mittere ma
num in christū dñi.

[†] s christus saluet populum suū de potestate de
monum.

sum vt comedes mecum hodie: et
dimittā te mane: et omnia quē sūc
in corde tuo indicabo tibi. Et de
asinis quas perdidisti nudius ter
tius. ne sollicitus sis: quia inuēte
sunt. Et cuiuserunt optima quēq;
israel: nonne tibi et domui patris
tui? Respondens autē saul ait: Nū
quid non filius gemini ego sum
de minima tribu israel. et cognatō
mea nouissima inter omnes fami
lias d tribu beniamin? Quare er
go locutus es mihi sermonē istū?
Assumens itaq; samuel saulem et
puerum eius. introduxit eos i tri
clinū: et dedit eis locum in capite
eoruz qui fuerant inuitati. Erant
eniz quasi. xxx. viri. Dixitq; samu
el cocō: Da partem quā dedi tibi:
et p̄cepi vt reponeres seorsū apud
te. Leuauit autē cocus armum: et
posuit ante saul. Dixitq; samuel.
Ecce qd remāsit pone ante te et co
mede: quia de industria seruatus
est tibi quādo populū vocaui. Et
comedit saul: cum samuele in die
illa. et descenderūt de excelso i op
pidum: et locutus est cū saul in so
lario. Strauitq; saul et dormiuit i
solario. Cūq; mane surrexissent: et
iam dies lucefceret. vocauit samu
el saul in solarium dicens: Surge
vt dimittam te. Et surrexit saul.
Egressiq; sunt ambo. ipse videlicet
et samuel. Cūq; descenderēt in ex
trema parte ciuitatis samuel dix
it ad saul: Dic puero vt atcedat
nos et transeat. Tu autēz subsiste
paulisp: vt indicē tibi verbū dñi.

Omnia que s. i.
R. Tradunt hebrei
fuisse i corde saul: qz
ret esset futurus. cum
vidisset p visum se i
vertice arboris pal
me collocari: qd est si
gnum regnaturi.

Assumēs itaq;
zc. R. Q. samuel
saulem in excelsū du
xit. refectionē tribuit.
significat. p̄betat po
puli hebreoz doctri
na sua ad altiora pro
uocantes: vt scientia
spiritali refectus i cul
mine virtutū cōsistat
nec relabatur ad vicia
Triclinū. Ce
naculū a tribus lectu
lis discubentium.

De industria.
i. de providentia. da
tur intelligi qz iam cō
mederit: licet nō ple
ne. qz reuelante dño
qd veniret saul: con
uiuium dilatū est.

Cūq; descende
rent. Descenderunt
de excelso: vt in aliq
secretiori loqueret de
regno et vinceret eū.

C. X.
Lenticula
 lam. Lenticula vas
 ficile quadrangulū:
 in latere habēs forā
 men per quod fragilitas
 regni designatur.

C. X.
Oblit autē sa-
 muel lenticulā olei. et ef-
 fudit super caput eius: et deoscular
 eū ait. Ecce vnxit te dominus sup
 hereditatē suam in principē: et tu
 liberabis populū eius de manu
 inimicorū eius qui in circūitu sūt
 Et hoc tibi signum: quia vnxit te
 dñs in principē. Cum abieris ho-
 die a me: inuenies duos viros iux-
 ta sepulcrum rachel in finibus
 beniamin in meridie ^{causa delectationis et exercitiū} salietes ma-
 gnas foueas: dicentq; tibi. Inue-
 nte sunt asinē ad quas ieras pqui-
 rendas: et intermissis pater tuus
 asinis. sollicitus est pro vobis. et
 dicit: Quid faciam de filio meo.
 Cūq; abieris inde. et vltra transie-
 ris et veneris ad quercū thabor: ^{causa orationis}
 inuenient te ibi tres viri ascendē-
 tes ad deum in bethel. vnus por-
 tans tres hedos: et alius portās
 tres tortas panis. et alius portās
 lagenam vini. Cūq; te salutauerit
 dabunt tibi duos panes: et accipi-
 es de manu eorū. Post hęc vēies
 in collem domini. ^{collis dei locus ē: vbi prophete habitabant} vbi ē statio phi-
 listinorū. Et cum ingressus fueris
 ibi urbem. obuium habebis gre-
 gem prophetarū descendentiū de
 excelso: et ante eos psalteriū et tim-
 panum. et tibiam. et citharā. ipsos
 q; prophetātes. Et insiliet in te spi-
 ritus domini. et prophetabis cum
 eis: et mutaberis in virum alium.
 Quando ergo euenerit signa hęc
 omnia tibi. fac quęcūq; inuenerit
 manus tua: quia dominus tecum
 est.

**Et propheta-
 bis.** Iudei tradunt
 eū prophetasse de fu-
 turo seculo. de gog et
 magog. et premijs iu-
 storū et penis malorū.
**Quando ergo
 e. i.** quasi his lignis
 nolle poteris: quod deus
 te regem fore voluit.
 ideo i omnibus rega-
 liter age: quia dominus
 tecum est.

est. Et descēdes ante me in galga-
 la. ego quippe descendā ad te. vt
 offeras oblationē: et immoles vi-
 ctimas pacificas <sup>subauditur i consecrationē regni tui septē
 itaq; dies nō ad expectandū: sed ad immolandū
 statui sunt.</sup> septem diebus
 Expectabis donec veniā ad te: et
 ostendā tibi quid facias. Itaq; cū
 auertisset humerū suū. vt abiret
 a samuele immutauit ei deus cor
 aliud: et venerūt omnia signa hęc
 in die illa. Veneruntq; ad p̄dictū
 collem: et ecce cuneus prophetarū
 obuius ei. Et insiluit super eū spi-
 ritus domini: et prophetauit i me-
 dio eorum. Videntes autē omnes
 qui nouerant eū heri et nudius ter-
 tius: quod esset cum prophetis et pro-
 phetaret. dixerūt adinuicē: Que-
 nam res accidit filio cis? Num et
 saul inter prophetas? Responditq;
 alius ad alterum dicens: Et quis
 pater eius? Propterea versus est
 in prouerbiū. Nū et saul inter pro-
 phetas? Lessauit autē propheta-
 re et venit ad excelsum. Dixitq; pa-
 trinus saul ad eum et ad puerū ei?
 Quo abiistis? Qui responderunt.
 Querere asinas. Quas cum non
 repperissemus: venimus ad samu-
 elez. Dixitq; ei patrus suus. In-
 dica mihi quid dixerit tibi samu-
 el. Et ait saul ad patrum suum.
 Indicauit nobis: quod inuentę essēt
 asinē. De sermone autē regni nō
 indicauit ei: quę locutus fuerat ei
 samuel. Et conuocauit samuel po-
 pulum ad dominū in masphat: et
 ad filios israel. Hęc dicit dominus
 deus israel. Ego eduxi isrl' de egypto:

Septē diebus
 Subauditur in conse-
 cratione regni tui: si-
 cut in consecratione sa-
 cerdotū. vij. diebus
 offerbantur victime
Et uenerūt oia
 Significat: quod iudicis
 omnia que moyses et
 prophete p̄dixerāt eue-
 nerūt. Ipsi x̄o libros
 legis et prophetarum
 tenentes. diuinare vi-
 dentur: cū futura my-
 steria de christo et ec-
 clesia in eis scripta p̄-
 nunciare noscuntur.
**Et quis pater
 eius?** Quisq; ma-
 ior illo in dignitate et
 sapientia? Dicit ergo
 tanq; pater et magi-
 ster inter prophetas
 versari.
**Et quis pater
 eorum.** i. prophetarū
 subauditur nisi deus
Pylice. Se-
 niores israel reproba-
 to samuele: reges sibi
 petierunt: et scribe cū
 p̄banis et pulso x̄po
 vero sacerdote clama-
 nerunt. nō habemus
 regem nisi cesarē. vñ
 samuel interpretatur
 nome ei' de'. Saul
 peritus sine petitiō:
 quia a populo est postu-
 latus: barrabas itel-
 ligit. Cis dur' et vo-
 mens. Abiel pater me-
 us deus. Iudici enī
 duri et vomentes deū
 patrē confitendo. fi-
 lium negant: sed q̄ ne-
 gat filiū. negat et pa-
 trē qui misit eum.
 Saul asinas patris
 querens: in regno as-
 sumptus ē: et saluator
 a pie missus ad onces
 que perierāt domus
 israel: super cunctum
 populū in regē cōsti-
 tutus est. Hoc enī sūt
 asinē quod onces. Saul
 accepit armū: et chri-
 stus p̄cipatū. Saul
 a samuele est victus.
 et vñ genitus a patre
 spiritali victioe de-
 libutus. Ab humero
 saul supereminēbat:
 quia caput nostrū su-
 pra nos ē christus.

et erui vos de manu egyptiorum: et de manu omnium regum qui affligebant vos. vos autem hodie proiecistis dominum deum vestrum: qui solus saluauit vos de vniuersis malis. et tribulationibus vestris: et dixistis. Nequaquam: sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram domino per tribus vestras et per familias. Et applicuit samuel omnes tribus israel: et cecidit sortis super tribum beniamin. Et applicuit tribum beniamin et cognationes eius et cecidit super cognationem metri: et peruenit versus ad saul filium. **Lis** Querierunt ergo eum: et non est inuentus illic. Et consuluerunt post hunc dominum. vtrum nam venturus esset illuc? Responditque dominus: Ecce absconditus est domi. Lucurrerunt itaque et tulerunt eum inde. Stetitque in medio populi: et altior fuit vniuerso populo ab humero et sursum. Et ait samuel ad omnem populum. Certe videtis quem elegit dominus: quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamauit cunctus populus. et ait: **Uinat rex.** Locutusque est autem samuel ad populum legem regni. et scripsit in libro: et reposuit coram domino. Et dimisit samuel omnem populum: singulos in domum suam. Sed et saul abiit in domum suam in gabaath: et abiit cum eo pars exercitus: quorum tetigerat deus corda. **Filii vero belial dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Et despererunt eum: et non attulerunt ei munera.** Ille vero dissimulabat se audire.

C. XI.
Et factum est quod si post mensem. ascendit naas ammonites: et pugnare cepit aduersus iabes galaad. Dixerunt autem omnes viri iabes ad naas. Dabero nos federatos: et seruiemus tibi. Et respondit ad eos naas ammonites: **In hoc feriam vobiscum fedus. vt etiam omnium** † s. intellectum fidei. s. propter vsum bellum: ne viderent hostem sinistro oculo sub clipeo abscondito. **vestrum† oculos dextros: ponamque vos opprobrium vniuerso israel.** Et dixerunt ad eum seniores iabes **Concede nobis septem dies: vt mittamus nuncios ad vniuersos terminos israel.** Et si non fuerit qui defendat nos egrediemur ad te. **Venerunt ergo in gabaath saulis nuncios: et locuti sunt verba audiente populo.** Et leuauit omnis populus vocem suam et fleuit. Et ecce saul veniebat: sequens boues de agro. et ait: **Quid habet populus quid plozat? Et narrauerunt ei verba virorum iabes.** Et insiluit spiritus domini in saul. cum audisset verba hec: et iratus est furor eius nimis. Et assumens vtrumque bouem concidit in frustra. **Misitque in omnes terminos israel: per manum nuncios dicens. Quicumque non erigerit. secutusque fuerit saul et samuel: sic faciet bobus eius.** Inuasit ergo timor domini populum. et egressi sunt quasi vir vnus: et recensuit eos in bezec. † s. fide trinitatis insignes. **fueruntque filiorum israel trecenta milia.** † s. fide trinitatis et cognitione legis preclari. **virorum autem iuda triginta milia.** Et dixerunt nuncios qui venerant

C. Naas iabes gala: Iabes sensus Galaad aceruus testimonij. Naas. i. serpens. s. diabolus ascendit contra sensum testimonij scripturę eruditum.

C. Et respondit ad e. n. Bellum naas bellum hereticorum contra ecclesiam significat. Naas interpretatur serpens. Amon complices vsus coangustas vel populus meroris habes exicata. Galaad aceruus testimonij. Naas ergo significat serpente antiquum qui est princeps amonitarum. i. hereticorum. Dic est enim populus meroris: qui non habet gaudium spiritus sancti: qui disponit fedus cum populo ecclesie: vt eruet oculos dextros: visus scilicet sane et orthodoxe fidei. Sinistram relinquat oculum: vt. i. praua tantum sentiat. sed mens fidelium exicata a forde vicio: aceruus testimonij. i. sententias sanctę scripturę cogit: quibus viriliter resistat hosti.

C. In bezec. Vrbe. i. adonibezec: vsque hodie dug ville dicunt bezec in septimo lapide a neapoli descendentes cito poli. Bezec interpretatur egestas. et electorum paucitatem significat. vnde multi sunt vocati: pauci vero electi. Rex quoque noster christus qui est sacerdos et propheta: contra hostes accie dirigit. de vtroque populo milites eligit fide trinitatis et perfectione insignes. hostes fugat et percutit gladio spiritus: a mane luculentis fidei: vsque dum lumen scientię et ardorem charitatis per totum orbem ecclesia diffundat.

Sic dicetis viris qui sunt i iabel
 galaad. ^{f in futuro.} Erat erit vobis salus: cū
 incaluerit sol. ^{f iusticie} Venerunt ergo nū-
 cij: et annūciauerunt viris iabes:
 Qui letati sunt: et dixerūt. Mane
 eribimus ad vos: et facietis nobis
 omne qd placuerit vobis. Et
 factum est cum venisset dies crasti-
 nus. constituit saul populū in par-
 tes. et ingressus est media castra
^{f in principio clarificantis fidei.} in vigilia matutina: et percussit amō
 vsqz dum incalesceret dies. Reli-
 qui autē dispersi sunt: ita vt nō re-
 linquerent in eis duo pariter. Et
 ait populus ad samuelem: Quis
 est iste. qui dixit saul: nō regnabit
 super nos? Date viros et interficite
 mus eos. Et ait saul: Non interfi-
 cietur quisquā in die hac: quia ho-
 die fecit dominus salutē in israel.
 Dixit autē samuel ad populū: Ve-
 nite et eamus in galgala: et innoue-
 mus ibi regnū. Et perrexit omnis
 populus in galgala: et fecerūt ibi
 regem saul coram dño in galgala
 et immolauerūt ibi victimas corā
 domino pacificas. Et letatus est
 ibi saul et cuncti viri israel nimis.

C. XII.
Dixit autē sa-
 muel ad vniuersum isrl.

Ecce audiui vocem vestram iuxta
 omnia que locuti estis ad me. et cō-
 stitui super vos regem: et nūc rex
 graditur ante vos. Ego autē serui
 et incanui. Porro filij mei vobis
 cum sunt. Itaqz cōuersatus corā
 vobis ab adolecētia mea vsqz ad
 diem hāc. Ecce prestō sum: loqz

mini de me coram domino et corā
^{f saule} christo eius. vtrum bouem cuius
 q̄ tulerim an asinum: si quēpiam
 calūniatus sum: si oppressi aliquē
 si de manu cuiusqz mun⁹ accepi:
 et contēnaz illud hodie: restituāqz
 vobis. Et dixerunt: Non es calū-
 niatus nos. neqz oppressisti: neqz
 tulisti de manu alicuius quippiā.
 Dixitqz ad eos: Testis est dñs
 aduersum vos. et testis christus
 eius in die hac: quia non inuene-
 rit ^{f opere.} in manu mea quippiam. Et
 dixerunt. Testis. Et ait samuel ad
 populum. Domin⁹ qui fecit moy-
 sen et aaron: et eduxit patres nros
 de terra egypti: adest. Nunc ergo
 state vt iudicio contendam aduer-
 sum vos corā domino de omni-
 bus misericordijs domini quas
 fecit vobiscum et cum patribus ve-
 stris. quomodo ingressus ē iacob
 in egypto. et clamauerunt patres
 vestri ad dominū. et misit domin⁹
 moysen et aaron: et eduxit patres
 vestros ex egypto: et collocavit eos
 i loco hoc. Qui obliti sūt domini
 dei sui. et tradidit eos i manu sifa-
 re magistri militie asor. et i manus
 philistinorū. et in manu regis mo-
 ab: et pugnauerunt aduersus eos.
 Postea clamaueūt ad dominū. et
 dixerunt: Deccauimus. quia de-
 reliquimus dominū: et seruiuim⁹
 baalim et astaroth. Nūc ergo erue
 nos de manu inimicorū nostrorū:
 et seruiemus tibi. Et misit domin⁹
^{f qui et gedon timor viri.} ^{f i. sanfon}
^{f fortissimus.} ^{f precipuus vel iudicio} ^{f ful-}
^{f gur vel fulmen.}
 ieroboal. et badan. et barach.

Dispersi sunt.
 Quia congregatio pra-
 uorū charitatis et fi-
 dei unitate nō iungi-
 tur. ab inuicē dissensi-
 one separatur. vnde.
 Inimici tui domine
 peribūt et dispergent

[†] ^f aperies vel apertus seu apertio. [†] ^f nominatus seu postulatus a deo.
[†] ^f ierte et samuel. et eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum: et habitastis confidenter. **U**identes autem quod naas rex filiorum ammon venisset aduersum vos. dixistis mihi: Nequaquam. sed rex imperabit nobis: cum dominus deus vester regnaret in vobis. **N**unc ergo presertim est rex vester quem elegistis et petistis. **E**cce dedit vobis dominus regem. **S**i timueritis regem. **S**i timueritis dominum et serueritis ei. et audieritis vocem eius et non exasperaueritis os domini: eritis et vos et rex qui imperat vobis sequentes dominum deum vestrum. **S**i autem non audieritis vocem domini. sed exasperaueritis sermonem domini: erit manus domini super vos et super patres vestros. **S**ed et nunc state: et videte rem istam grandem quam facturus est dominus in conspectu vestro. **N**umquid non messis tritici est hodie? **I**nuocabo dominum: et dabit voces et pluias. et scietis et videbitis: quia grande malum feceritis vobis in conspectu domini. petentes super vos regem. **E**t clamauit samuel ad dominum: et dedit ^f in aduentu christi [†] ^f .s. christus. [†] ^f blandientem predicationem [†] ^f verba euangelii vel legis. dominus [†] ^f voces [†] ^f et pluias in die illa. **E**t timuit omnis populus nimis dominum et samuelem. **D**ixitque vniversus populus ad samuelem. **Q**uia pro seruis tuis ad dominum deum tuum: vt non moriamur. **A**d didimus enim vniversis peccatis nostris: vt peterem⁹ nobis regem. **D**ixit autem samuel ad populum: **N**o

Messis. Rab. Collectio .i. gentilis populi ad fidem.
Voces. i. tonitrua: et pluias non est consuetudo iudei in tempore gratia pluere

lite timere. **V**os fecistis vniversum [†] ^f sed sequamini dominum tanquam ducem vestrum. malum hoc. **U**erutamenim nolite recedere a tergo domini: sed seruite domino in omni corde vestro: et nolite declinare post vana: ^f mundi desideria que si proderunt vobis: neque eruent vos quia vana sunt. **E**t non derelinquet dominus populum suum. propter nomen suum magnum: quia iurauit dominus facere vos sibi populum. **A**bsit autem a me hoc peccatum in domino ^f quauis me et deum offenderitis. vt cessem orare pro vobis. et docebo vos viam rectam et bonam. **I**gitur timete dominum. et seruite ei in veritate: ^f christi dei verbum. ^f sicut filii. et ex toto corde vestro. **U**idistis enim magnifica. que in vobis gesserit. quod si perseuereritis in malicia: et vos et rex vestri peribitis.

C. XIII.
Anus unius ^f .i. humilis tamquam paruulus et lactens [†] ^f iuste. s. et mansuete. postea enim magis terramur sicut quere. [†] ^f re cepisset. duobus autem annis regnauit super israel. **E**t elegit sibi saul tria milia de israel. **E**t erat cum [†] ^f vsque hodie vicus grandis ostenditur in finibus eite. distans ab ea octo miliaribus iuxta villam rama. et antiquum retinet nomen. interpretatur autem humilitas. saul duo milia in machinas et in monte bethel. mille autem cum ionatha in gabaath beniamin. **D**ozzo ceterum populum remisit vniqueque in tabernacula sua. **E**t percussit ionathas stationem philistinorum: que erat in gabaa. **Q**uod cum audissent philistini saul cecinit buccina in omni terra dicens: **A**udiant hebrei. **E**t vniversus israel audiuit huiusmodi famam. **P**ercussit saul stationem philistinorum. **E**t erexit se israel aduersus philistinum. **C**lamauit ergo populus

C. XIII.
Filius unius anni. c. l. f. **P**er anticipationem dicit de hiliboth filio saul: de quo in sequentibus dicit: quadraginta annorum erat hiliboth cum regnare cepisset super israel: et duobus annis regnauit. **S**i autem a morte belli omne tempus concludit: quo samuel et saul regnauerunt: inueniunt quadraginta anni: vsque ad mortem saulis: quando ergo saul regnare cepit: filium habebat vnus anni. qui post mortem patris regnauit in israel duobus annis. et a latronibus occisus regnum dimisit dauid. **C**ontinuat tempus samuelis cum tempore et regno saulis. hystorici enim non poterant connumerare numero iudicum. quoniam propheta erat et non toto tempore vite sue populum iudicauerat. vt alij. **G**abaath. **V**rbis est fines filij eleazar: ubi ipse eleazar sepultus est. et interpretatur collis patruelis. **D**u tria milia israelitarum electa sunt ad pugnam contra philisteos. hi enim soli apti sunt ad pugnam contra hostes ecclesie: qui habent perfectam fidem trinitatis. in qua existat superiores hostibus suis. **P**hilistinum hereticum: qui pari consensu aduersus ecclesiam conspirantes eam depopulari conantur. quibus alij abiurata fide sociantur. alij dum fidem palam confiteri metuunt: quasi in caernis latitant. **V**arię sectę vno impietatis vinculo colligatę ad decipiendum discunt. **E**quites potentia tumidi. qui hereticos inuant. **V**ulgus sicut arena multitudo heretica persuasione aggregata. **V**iri cuius laici remanentes catholici christo firmiter adherent es.

Absconderunt se zc. **R.** Absconsis .s. quibusdā israelitis qui saulē z populū qui cū eo erat reliquerāt. quēdā pars illorum qui bezei vocātur: timore perterriti. defecerunt a saul z a viris qui cū eo erant: z descēderūt i castra philistim. vnde in sequētibz. **Sed** z bezei qui fuerūt cū philistim heri z nudius tertius. Ascēderātqz cū eis in castris. reuersi sunt. vt essent cum israel: qui erant cum saul z ionatha. **Des** quoqz israelite. qui se absconderāt i monte ephraym. audientes qz fugissēt philistim locauerunt se cū suis in prelio.

Stulte egisti. **R.** Videtur quibusdā saul inculpabiliter sacrificasse: qz saul expectat iuxta placitū nō vēit. Qui autē diligenter inquirat: inuenit eū iure culpātū. z inobediētiē reū. Apd hebreos ita distinguit: z descēdes ante me in galgala. Ego qppe descēdam ad te. Deinde i fertur ad offerendas oblationes. z immolandas victimas pacificas: septē diebz expectabis. donec venias ad te. z ostendā tibi quē facias. Non ergo saul se expectari septē diebz pcepit. sed ad offerendas oblationes z immolandas victimas pacificas. se septē diebz expectari voluit. qd ille nō fecit. z idō merito culpāt z stulticie arguitur.

Quod si non fecisses zc. **Aug.** Non sic accipiendū est. quasi dñs saulem in eternum parauerit regnaturū. z hic noluerit seruare peccātū: Sciebat enī peccaturū: sed preparauerat regnū eius in quo esset figura regni eterni. vnde addidit. **Et** nūc regnū tuū nō stabit tibi. **Stetit** g. z stabit. qd i illo signatum est: sed non huic stabit: quia nō fuerat

Ibat aut phi. ze. **A**dversum da. ze. **A**llegori. Philistei demones. Goliath caput eorum: qui ante aduentu veri dauid superari non potuit. Verba cunitas goliath interpretatur torcular: hic est mundus vel infernus in quo velut in torculari obnoxios peccatoris concalcabit: qui relicta quiete superna tanquam septenario in hunc mundum sex diebus factum lapsus est. Altitudo goliath diaboli superbia: per quam super filios superbie principatum obtinuit: quasi palma se extollens. **A**rma goliath: diaboli ad nocendum versutia. **D**auid a patre ad visum tantum fratres missus est: et christus a patre deo ad oves que perierunt domus israel. **D**auid ephi polente in tres modios meli rati fratribus detulit: et christus mysterium sancte trinitatis creditibus commendavit. **D**auid decem foemelas casei tribuno detulit: et christus decalogum iudeis tradidit. **E**t ab deo mens pater. **J**udai se deum patrem habere mentiretur: qui christum geminatum primogenitum perdidit. **B**aculus dauid crux christi. **G**olias in fronte percussus ruit: et subditus ipse dauid: et diabolus in fronte suo ruit: cum signum crucis eo in loco inscriptum: et subijctum in membris christi. **D**auid gladium goliath in hierusalem detulit: et christus quos de diaboli potestate rapuit ad defensionem ecclesie: in eam transiit. **S**aul de domo dauid et de eo quasi ignoto requirit: cum iam dudum dauid ei assisteret: et iudei christum venturum nonauerunt: et que in presentia corporali per virtutes filii dei approbare poterant: tanquam ignorantes dicunt: tu quis es? et ubi est pater tuus? **M**oraliter. **D**e bia veri dauid cum su

caput eius: et vestiuit eum lorica. **A**ccinctus ergo dauid gladio eius super vestem suam: cepit tentare si armatus posset incedere. **N**on enim habebat consuetudinem. **D**ixitque dauid ad saul: **N**on possum sic incedere: quia nec usum habeo. **E**t ^{legis sacramenta tanquam onerantia.} deposuit ea. **E**t tulit baculum suum: quem semper habebat in manibus. ^{legem moysi in quibus libris scriptam.} **E**t elegit sibi quosque lumpidissimos ^{adiunxit. f. gratie: que per lac significatur: quod in vase pastoralis mulgetur.} lapides de torrente: et misit eos in peram pastoralem quam habebat secum. **E**t fundam manu tulit: et processit aduersus philisteum. **I**bat autem philisteus incedens et appropinquans aduersum dauid: et armiger eius ante eum. **L**uque inspectisset philisteus et vidisset dauid: ^{passione.} despersit eum. **E**rat autem adolescens rufus ^{speciosus. f. pre. f. b.} et pulcher aspectu. **E**t dixit philisteus: **N**unquid ego canis sum? quod tu venis ad me cum baculo? **E**t mandauit philisteus dauid in diis suis. **D**ixitque ad dauid: **V**eni ad me: et dabo carnes tuas volatilibus celi: et bestijs terre. **D**ixit autem dauid ad philisteum: **T**u venis ad me cum gladio et hasta et clipeo. **E**go autem venio ad te in nomine domini exercituum dei agminum israel: quibus reprobraisti hodie. **E**t dabit te dominus ^{potestate.} in manu mea: et percussus te: et auferam caput tuum a te: et dabo eum cadavera castrorum philistinum. ^{que iuxta viam comedunt sementem. f. de quibus ne tradas bestias animas confidentium tibi.} **H**odie in volatilibus celi: et bestijs terre ut sciat omnis terra: quia est dominus deus in israel: et nouerit vniuersa ecclesia hec: quia non in gla

dio nec in hasta saluat dominus. **I**psius enim est bellum: et tradet vos in manus nostras. **L**uque ergo surrexisset philisteus: et veniret: et appropinquaret contra dauid. **F**estinauit dauid: et cucurrit ad pugnam ex aduerso philistei. **E**t misit manum suam in peram. ^{vnitas vincit} **T**ulitque vnum lapidem: et funda iecit: et circumducens percussit philisteum in fronte. ^{ubi signum christi non habuit} **E**t infixus est lapis in fronte eius: et cecidit in faciem suam super terram. **D**reualuitque dauid aduersum philisteum in funda et lapide: percussitque philisteum interfecit. **L**uque gladium non haberet in manu ^{diaboli} dauid cucurrit et stetit super philisteum: et tulit gladium eius ^{et eduxit de vagina sua: et interfecit eum: et eduxit de vagina sua: et interfecit eum:} et eduxit de vagina sua: et interfecit eum: percussitque caput eius. **V**identes autem philistinum quod mortuus esset fortissimus eorum: fugerunt. **E**t con surgentes viri israel et iuda vociferati sunt: et persecuti sunt philisteos: usque dum venirent in vallem: et usque ad portas accharon. **L**ecideruntque vulnerati de philistinum in via saron: et usque ad geth: et usque accharon. **E**t reuertentes filii israel postquam persecuti fuerant philisteos: inuasunt castra eorum. **A**ssumens autem ^{anticipatio est: hoc enim postea fecit} dauid caput philistei attulit illud in hierusalem. **A**rma vero eius ^{unde postea ab achimelech sacerdote accepit. f. domini. superflue additum est suo: quia arma non in suo sed in domo posuit tabernaculo.} fuit in tabernaculo suo. **E**o autem tempore quo viderat saul dauid egredientem contra philisteum: ait ad abner principem militie: **Q**uid stirpe descendit hic adolescens? **D**ixitque

perbientes hereticos et sacre scripture sententias deferentes: eiusdem sententias quas profecerunt vincunt: quasi elatum goliath gladio suo demunt. **E**t tulit gladium eius. **G**reg. Vir quoque catholicus colligit testimonia scripture: que afferunt hereticos: et erroris eius pertinaciam inde conuincit: unde et dauid. **L**ipum dicitur quod fortis manu interpretatur. **G**olias vero reuelatus sine trans migrans: hereticorum superbia signans: hoc rebus locuti sunt: quod nos verbis aperimus? **G**olias vero cum gladio: dauid cum pera pastoralis venit ad filium suum. **S**ed dauid goliath suo occidit gladio. **R**os quoque qui sumus membra veri dauid: hereticos suis sententijs vincimus. **C**aput philistei. **E**t dauid caput philistei tulit in hierusalem: ut terreret eos murorum firmitate et altitudine insuperabiles se esse fidentes: ut non discrederent se ab illo vincendos esse. **D**e qua stirpe. **A**ug. **Q**ui saul et abner ignorat deo apud eos diutius commoratum: fecit barba que adolescenti creuerat: dum absens fuerat.

Uiuuaita tua
Hinc simile est illud
benedixit naboth do
z regi. quasi non uiuat
anima tua rex si no
ui: vel uideat morte
tua si noui. Si quo
q; coniunctio. aliqui
pro no ponitur. sedm
illud si introibit i re
quiem mea. i. no itro
ibunt. vno potest sic
exponi. si noui: id est
non noui.

Et dilexit euz
ionathas. Jona
thas dilexit dauid
vir uidelicet bellico
sus inuenit aptum pu
gnis.
Jonathas significat
eos qui de iudeis in
christu crediderunt:
z percepta gratia spi
ritus sancti. pro xpo
relictis omnibus ipm
secuti sunt. vnde pe
trus. Ecce nos reliq
mus omnia z se. s. te.
Sic eni ionathas de
dit dauid vestimenta
sua a tunica vsq; ad
balthem: cu credetes
omnia que habuerunt
in christi seruitiu co
tulerunt.

Percussit saul
mille. zc. Hoc fuit

abner. Uiuuaita tua rex: si no
ui. Et ait rex: Interroga tu cuius
filius sit iste puer: Cum regressus
esset dauid percusso philisteo. tu
lit eum abner: z introduxit coraz
saule caput philistei habentem in
manu. Et ait ad euz saul: De qua
progenie es o a dolescens: Dixitq;
dauid: filius serui tui Isai bethle
em eit ego sum..

C. XVIII.

Factuz e cu
compleisset loqui ad saul

anima ionathę colligata e anime
dauid: z dilexit eum ionathas qsi
anima sua. Tulitq; eum saul i die
illa: z non concessit ei vt reuertere
tur in domu patris sui. Inierunt
aut ionathan z dauid sedus. Dili
gebat enim eum quasi anima sua.

Nam expolauit se ionathas tu
nica qua erat indutus. z dedit ea
dauid: z reliqua vestimenta sua vs
q; ad gladium z arcum suuz. z vs
q; ad balthem. Egrediebatur quo
q; dauid ad omnia quecuq; misit
set eu saul: z prudenter se agebat.
Posuitq; eu saul super viros bel
li. z acceptus erat i oculis vniuer
si populi: maxime in conspectu fa
mulozu saul. Porro cum reuerte
retur percusso philisteo dauid: z fer
ret caput eius in hierusalem. egres
se sunt mulieres de vniuersis vr
bibus israel. cantantes chorosq;
ducentes in occursum saul regis
in tympanis letitie z in sistris. z p
cinebant mulieres ludentes atq;
dicentes: Percussit saul mille. z

dauid decem milia. Iratus est aut
saul nimis. z displicuit in oculis
eius sermo iste. Dixitq;: dederunt
dauid decem milia. z mihi dede
runt mille. Quid ei superest nisi so
lum regnu: Non rectis ergo ocu
lis saul aspiciebat dauid a die il
la z deinceps. Post diem autem
alteram inuasit spiritus dei mal
t s. i. iudeos. s. id est more arripiciozu
aliena referebat.
Saul: z prophetauit i medio do
t s. christus. s. euagelica dulcedine.
mus sue. Dauid autem psallebat
s. cepit ihesus facere et docere.
manu sua. sicut per singulos dies

Tenebatq; saul lanceam z misit
eam: putans q; configere posset da
uid cum pariete. Et declinauit da
uid a facie eius secundo. Et timuit
saul dauid eo q; esset dominus cu
eo: z a se recessisset. Amouit ergo
eu saul a se: z fecit eu tribunum sup
mille viros. s. in pugna primus more regio
Et egrediebatur z in
trabat in conspectu populi. In oi
bus quoq; vijs suis dauid pru
denter agebat: z dominus erat cu
eo. Vidit itaq; saul q; prudens eet
nimis: z cepit cauere euz. Omnis
aut israel z iuda diligebat dauid.
Ipse enim ingrediebatur z egredie
batur ante eos. Dixit saul ad da
uid: Ecce filia mea maior merob.
ipsam dabo tibi vxorez. tantu mo
do esto vir fortis: z pugnare bella
domini. Saul aut reputabat di
cens: non sit manus mea in eo. s;
sit super euz manus philistinoru.
Ait aut dauid ad saul: Quis ego
s. latet dignum se insinuat.
sum. aut que est vita mea aut co
gnatio patris mei i israel: vt fiam
gener regis: Factum est aut tempus
euz deberet dari merob filia saul

feminariu odij cōtra
dauid. Sic iudei au
dientes christu quem
crucifixerat. in ecclis
predicari: z victoria
qua hoste antiquum
vicit. z credetes i lau
de eius gratulari: ga
uiter tulerunt.

Saul mille. s.
eos qui fugientes oc
cisi sunt.

Dauid decem.
scilicet philistei. qui i
vno die octo omnes
in fugam misit.

Tenebatq; sic
predicte christo euā
gelium. iudei conaban
tur morte i ferre. S;
dum ille ad salute ge
nium secedit. tantum
nocere se iustos.

Dixitq; saul da
boze. **I**lido. Saul
callidus simulator stu
duit alligare dauid
nichol filie sue: si cen
tam sibi allophiloꝝ
preputia offerret. ille
aut ducenta obtulit.
Sicq; saul dñ illum
periculo obiecit. am
plius eñ glorificauit.
Ita iudei dñ contra
voluntate dei chasti
iterficere nitentur: salu
tem gentium operati
sunt. dauid prius ali
enigenarum preputia
attulit: sic filia saul
uxorem accepit. **E**t
chastus non prius si
nagogam accepit: q̄ i
gentib; gloriosus ex
nit. Prius eñ i na
tionibus refecit car
nis pollutione: et po
stea copulatus e sine
goge. **C**um enim in
trauerit plenitudo ge
tium: tunc omnis isrl
salus fiet. **D**upla at
preputia obtulit pro
iudeis et gentibus. s.
acquiritis. vel q̄ ma
ior est numerus crede
tium gentium. q̄ iude
oꝝ. **A**renit odiu saul
lis aduersum dauid
intantu vt i remediū
sui de more psallente
iaculo conaretur con
figere. **P**er saule in
deor elatio. p dauid
chasti hūltas signat
Cū ergo ab imundo
spiritu saul arripitur
cantante dauid eius
vesania teperatur: qz
cum sensus iudeoꝝ
per blasphemiam i fu
rore veritur: dignus
est vt ad salutē quasi
dulcedie citare euā
gelice locutionis trā
quillitate renocetur
Percussit zc.
Et attulit prepu
tia zc. **S**ic chastus
prius in gentibus cla
rificatus e: q̄ sinago
gam sibi copularet.
Et prius in gentibus
immundicia refecit.
Cum enim plenitudo
gentium intrauerit: tūc
omnis israh saluus
fiet.

dauid data est hadrieli molachite
uxor. **D**ilexit aut dauid nichol fi
liam saul alteraz. **E**t nunciatu est
saul: et placuit ei. **D**ixitq; saul: da
bo eam illi. vt fiat ei in scandaluz:
et sit super eum manus philistino
rum. **D**ixit ergo saul ad dauid: **I**n
s vna est res q̄ gigante prostravit. altera si cetū
preputia allophiloꝝ deferret.
duabus rebus gener meus eris
hodie. **E**t mandauit saul seruis su
is: **L**oquimini ad dauid clam me
dicentes: **E**cce places regi. et oēs
serui eius diligunt te. **N**unc ergo
esto gener regis. **E**t locuti sūt ser
ui saul in auribus dauid omnia
verba hec. **E**t ait dauid: **N**um pa
rum vobis videtur generū esse re
gis? **E**go aut sum vir pauper et te
nuis. **E**t renūciauerunt serui saul
dicentes: **N**uiuscemodi verba lo
cutus est dauid. **D**ixit aut saul:
Sic loq̄mini ad dauid: **N**ō habz
rex sponsalia necesse: nisi tantum
i s capita secundū quosdā. quia preputium vo
catur sumitas rei.
centū preputia philistinoꝝ: vt fi
at vltio de inimicis regis. **P**orro
saul cogitabat tradere dauid in
manus philistinoꝝ. **C**ūq; renun
ciassent serui eius dauid verba q̄
dixerat saul: placuit sermo in oꝝ
lis dauid vt fieret gener regis. **E**t
post dies paucos surgens dauid
abiit in acbaron cum viris q̄ sub
eo erant. et percussit ex philistinim
ducentos viros: et attulit prepu
tia eorum. et annumerauit ea regi
vt esset gener ei. **D**edit itaq; saul
s sinogam
nichol filia suam uxore. **E**t vidit
saul et intellexit: quia dominus esset
cum dauid. **N**ichol aut filia saul
diligebat eum. **E**t saul magis ce

pit timere dauid. **F**actus est saul
inimicus dauid cunctis diebus.
Et egressi sunt principes philistio
rum. **A** principio aut egressionis
eorū prudentius se gerebat dauid
q̄ omnes serui saul. **E**t celebre fa
ctum est nomen eius nimis.

C. XIX.

Locutus ē aut
saul ad ionathan filium
suū. et ad omnes seruos suos. vt
occideret dauid. **P**orro ionathas
filius saul diligebat dauid valde
Et indicauit ionathas dauid di
cens. **Q**uerit saul pater meus oc
cidere te. **Q**uapropter observa te
questo mane. et manebis claz et ab
sconderis. **E**go aut egrediens sta
bo iuxta patre meū in agro vbi cū
q; fuerit. et ego loquar de te ad pa
tre meū: et quodcūq; videro nū
ciabo tibi. **L**ocutus est ergo iona
thas de dauid bona ad saul patre
suū. **D**ixitq; ad eum: **N**e pecces
rex in seruū tuū dauid. quia nō
peccauit tibi: et opera eius bona
sunt tibi valde. **E**t posuit animaz
suam in manu tua. et percussit phi
listeu: et fecit dominus salutē ma
gnam vniuerso israheli. **T**idisti. et
letatus es. **Q**uare ergo peccas i
sanguine innoxio. interficiens da
uid qui est absq; culpa? **Q**ū cum
audisset saul: placatus voce iona
the. iurauit. **V**iuat dominus: quia
nō occidetur. **V**ocauit itaq; iona
thas dauid: et indicauit ei omnia
verba hec. **E**t introduxit ionathas
dauid ad saul. et fuit ante eū sicut

In agro. **Q**uo
cōsiliandi cā saul ve
nire conuenerat: vbi
ocidi dauid cōdictū
fuerat.

Misit ergo zc. Hoc ad cruce chi-
sti. sed ad passionem
pertinet. Crucifixus
enim christus z mor-
tuus est: z sepultus. Erat
autem illa sepultura ta-
quam domus. ad qua
custodiendum misit re-
gnum iudeorum: quoniam ad
sepulcrum domini custo-
des adhibiti sunt. Quod
custodita est domus: ut
dauid interficeretur:
(quod christus non in se-
pulcro. sed in cruce est
interfectus) refertur ad
corpus eius. Christi
enim nomen tollere est
christum interficere. non
enim credendum est christum:
si custodiam preualeret
mendacium. Qui dixe-
runt: Nobis dominien-
tibus venerunt disci-
puli eius: z abstulerunt
eum. Sed neque saul
potuit interficere da-
uid: nec regnum iudeo-
rum tollere memoriam christi.
Qui autem de virtute
saul. i. de regno iudeo-
rum in christum presu-
mperunt: offenderunt in
lapide offensionis: tam-
quam in stannam. z eis
hædus visus est agnus:
quod in quo peccatum non
invenitur. quasi pec-
catorum persecutor.
Delle pilosa.
Inde pulvillus con-
fusus fuit: qui in ton-
sis pilis caput inuo-
luti hominis in lecto
mentiretur.
In ramatha.
Civitas saulis est in tri-
bu beniamin in secto
militario ab helia ad
septentrionales plagas
contra bethel. alia ra-
ma est in tribu aser. Be-
ne conveniunt hæc no-
mina rebus gestis in
ipsis: quia propheta-
rum dicta z celsitudine
habent scientie: z venu-
statem eloquentie.
Misit nuncios
zc. Abiit et ipse.
R. Saul quod z nun-
cij eius iudeos signifi-
ficant. qui domini aduer-
sari christo cupiunt:
habent in ore sacra-
menta legis z propheta-
rum ad christi testimo-
nium. z cum ecclesia qua
si cum prophetis de scri-
pturis disputat: sicut
illi cum prophetis pro-
phetauerunt.
Prophetauit.

fuerat heri z nudius tertius. Motum
est autem rursus bellum. Et egressus da-
uid pugnavit adversus philistinum
Percussitque eos plaga magna: z
fugerunt a facie eius. Et factus est
spiritus domini malus in saul. Se-
debat autem in domo sua. z tenebat
lanceam. Porro dauid psallebat
in manu sua. Nisusque est saul con-
figere lancea dauid in pariete. Et
declinavit dauid a facie saul. Lan-
cea autem casso vulnere plata est in pa-
riete. Et dauid fugit. **S**aluatus est
nocte illa. **M**isit ergo saul satel-
lites suos nocte in domum dauid
ut custodirent eum: z interficerent
mane. Quod cum annunciasset da-
uid michol vxor sua dicens: Nisi
saluaveris te nocte hac. cras mor-
rieris. deposuit eum per fenestram.
Porro ille abiit z aufugit atque sal-
uatus est. Tulit autem michol statuam:
z posuit eam super lectum. z pelles
pilosam caprarum posuit ad caput
eius: z operuit eam vestimentis.
Misit autem saul apparitores qui ra-
perent dauid. Et responsus est quod
egrotaret. Rursusque misit saul nun-
cios ut viderent dauid. dicens: af-
ferte eum ad me in lecto ut occidam.
Cum venissent nuncios inuentum est
simulacrum super lectum: z pelles
caprarum ad caput eius. Dixitque
saul ad michol: Quare sic illusi-
sti michi: z dimisisti inimicum meum
ut fugeret. Et respondit michol ad
saul: Quia ipse locutus est michi:
dimitte me. alioquin interficiam te.
Dauid autem fugiens saluatus est.

Et venit ad samuel in ramatha: z
nunciauit ei omnia que fecerat sa-
ul. Et abierunt ipse z samuel: z
morati sunt in naioth. Nunciatum
est sauli a dicentibus: Ecce dauid
est in naioth in ramatha. **M**isit
ergo saul lictores ut raperent da-
uid. Qui cum vidissent cuneum
prophetarum uacillantium. z samu-
el stantem super eos. factus est etiam
in illis spiritus domini: z prophe-
tare ceperunt etiam ipsi. Quod cum nu-
nciatum esset sauli: misit z alios nun-
cios. Prophetauerunt autem z illi.
Et rursus saul misit tercios nun-
cios. qui z ipsi prophetauerunt. Et
iratus iracundia saul. abiit z ipse
in ramatha. z venit ad cisternam
magna que est in sochoth. z interro-
gauit z dixit: In quo loco sunt sa-
muel z dauid? dicitque est ei: Ecce
in naioth sunt in ramatha. Et fa-
ctus est etiam super eum spiritus do-
mini: z ambulabat ingrediens. z
prophetauit usque dum veniret in
naioth in ramatha. Et expoliavit
etiam se ipse vestimentis suis. z prophe-
tauit cum ceteris coram samuele: z ce-
cinit nudus tota die illa z nocte.
Unde z exiit proverbium. Nunc
z saul inter prophetas.

C. XX.
Habit autem da-
uid de naioth que est in
ramatha: veniensque locutus est coram
ionatha. Quid feci: que est iniquitas
mea. z quod peccatum meum in patrem
meum. quod quezit animam meam? Qui
dixit ei: Absit a te non morieris.

Isti prophete religiosi
viri erant. dicti nazari-
reni: qui non bibebant
vinum: z vacabant sem-
per canentes himnos
z psalmos.

Nudus. Et in-
digi fide atque sacerdo-
tio z regno nudati: le-
gem z prophetas in
ore habent.

Num et saul zc
Proverbia dicit quod in
ore loquentium sepe
satis. Mira enim res vi-
debat. hominem tam pro-
phanum prophetare.
Et nos cum infirmos vi-
demus docere recte di-
cimus: num z saul in-
ter prophetas.

Rab. Magna que-
stio hic oritur: cum in pec-
catis legatur: z non vi-
dit samuel saule usque
in diem mortis sue. quo
modo hic propheta-
verit coram samuele dicat?
Quod hebrei duobus
modis solvunt: quod scilicet
abscondit se samuel
ne videret ab eo. Vel
non vidit eum. sed in duntaxat
habitu regio quo in-
dutus erat. quoniam dicitur
est non vidit eum usque in
diem mortis sue. z sic
non vidit eum indutum:
sed regio habitu. Ve-
ro expoliatus non om-
nibus vestimentis: sed re-
galibus tantum intellige-
dum est.

Rab. Item queritur
quomodo qui missi
erant ad hominem tene-
dum. z ad necem ducen-
dum. prophetas spiritus
participes esse merue-
runt: z similiter ipse saul
querens sanguinem ino-
centem? Sed z balaam
prophetauit z multi di-
cent in illa die. Domine
domine nonne in nocte tua
prophetauimus zc.
Quibus dicitur. Non
nomi vos vniuersos. disce
dite a me qui opera-
mini iniquitate. Non
est ergo mirum homines re-
probos transitorie pro-
phetauisse. Distice autem
saul z nuncios eius signifi-
ficant hereticos. qui
habent aliquid spiritualium
donorum. sicut testam-
ta legis z euangelij z
baptisma. Quod cum
ad ecclesiam veniunt.
non est in eis violandum
aut quasi non habeant
tradendum: sed oportet
eos cognoscere unitate

in vinculo pacis. sine qua quidquid habet quānis sit sanctum et venerandū. ipsi tñ tāto indigniores sūt: quāto illis donis nō bñ vsi sunt.

Uno tantū gradu. Bradus vocat panetē: quo medio īter se et hostes per domus fenestram euasit vbi erāt obsidentes.

Neq̄ enim faciet pater meus quā grande vel parū. nisi prius indicauerit mihi: **D**unc ergo ce lauit a me pater meus sermonem tantūmodo. Nequaq̄ enim erit istud. **E**t iurauit rursus dauid. **E**t ille ait: **S**cit profecto pater tuus. quia inueni gratiā in oculis tuis: et dicit: **N**esciat hoc ionathas. ne forte tristetur. **Q**uinimmo viuūt dñs. et viuūt anima tua. quia vno tñ vt ita dicā: gradu ego morsq̄ diuidimur. **E**t ait ionathas ad dauid: **Q**uodcūq̄ dixerit mihi aia tua. faciam tibi. **D**ixit autē dauid ad ionathan: **E**cce kalende sunt ^{† s̄ calendas iudei celebrāt hostiase-pulis. requie.} crastino. et ego ex more sedere soleo iuxta regem ad uescendū. **D**imitte ergo me ut abscondar ī agro ^{† s̄ tribus enī diebus festiuitatē neomenie agebant.} vsq̄ ad vesperā diei tercię. **S**i respiciens requisierit me pater tuus. respondebis ei: **R**ogauit me dauid. vt iret celeriter in bethleem ciuitatez suā: quia victimę solēnes ibi sunt vniuersis contribulibus suis. **S**i dixerit bene: pax erit seruo tuo. **S**i autē fuerit iratus: scito. quia cōpleta est malicia eius. **F**ac ergo misericordiā in seruum tuū: quia fēdus domini me famulum tuū tecum inire fecisti. **S**i autē est in me aliqua iniquitas. tu me interfice: et ad patrē tuū ne introducas me. **E**t ait ionathas: **A**bsit hoc a me. **N**eq̄ enim fieri potest. vt si certe cognouero completam esse patris mei maliciā contra te: non annūciem tibi. **R**esponditq̄ dauid ad ionathan. **Q**uis renūci

abit mihi. si quid forte responderit tibi pater tuus dure? **E**t ait ionathas ad dauid: **V**eni et egredia ^{† s̄ de vrbe in agrū egressi sunt. vt securus fedus domini inirent. i. iuramentum.} mur foras in agrū. **L**ūq̄ exissent ambo in agrum. ait ionathas ad dauid: **D**omine. deus israel. si inuestigauero sententiā patris mei crastino vel perhendie. et aliquid boni fuerit super dauid. et nō statim misero ad te et notum tibi fecero: hęc faciat deus ionathę. et hęc augeat. **S**i autē perseuerauerit patris mei malicia aduersus te: reuelabo aurem tuā. et dimittam te vt vadas in pace: et sit dominus tecū ^{† s̄ sublimet regnū tuū s̄ prius.} sicut fuit cum patre meo. **E**t si vixerero facias mihi misericordiā domini. **S**i vero mortuus fuero nō auferes misericordiā tuā a domo mea vsq̄ in sempiternū. **A**ut si nō fecero. qñ eradicauerit dominus inimicos dauid. vnūquēq̄ de terra: auferat ionathan de domo sua et requirat dominus de manu inimicorū dauid. **D**epigit ergo ionathas fēdus cum domino dauid. **E**t requisit dominus de manu inimicorū dauid. **E**t addidit ionathas ^{† s̄ .i. valde iurare.} deierare dauid: eo q̄ diligebat eū. **S**icut enī aiam suā ita diligebat eū. **D**ixitq̄ ad eū ionathas: **E**ras kalende sunt. et requireris. **R**equireretur enī sessio tua vsq̄ perendie. **D**escendes ergo festinus et venies in locū vbi celandus es ^{† s̄ videns deū. vel fortitudo dei.} in die qua operari licet. et sedebis iuxta lapidem cui nomē est ezel. **E**t ego tres sagittas mittam iuxta eum: et iaciam quasi exercens me

Et requisit dominus de m.

Proleplis ē. i. anticipatio. hoc enī multo post factū ē: cū interfecto saule. regnū ad domū dauid trāslatum ē. et qui innocentes persecuti sunt: diuinitus multati sunt. **T**unc requisit dñs de manu inimicorū. quare. s. virū sanctū affligerūt. **L**ūc cogebantur rationē reddere: quia oderāt eū tāto tēpore. **Q**uod de absalon. et de siba filio bochi. de saul. et de ceteris hostibz dauid pōt itelligi. **V**t requisit dñs de manu dauid q̄ non et ipsi cū eo fēdus pacis iniire voluerūt: cum quo dñm eē vidēt. **H**ęc autē scriptura ideo p̄ occupauit: vt qd̄ dixerat qñ eradicauerit dñs inimicos dauid: verū esse cōprobaret. quia scilicet inimici dauid eradicati sunt de terra. nō ipso dauid se vlciscente: sed dño pro illo vindicante. **E**t addidit io. **R**. **E**t a perditione inimicorū dauid ostēderet imnis: q̄ diligebat eū scdm legem dei. **Q**ui tñ morte p̄cūctus regnū terrenū cū eo: sicut sperabat habere nō potuit: absq̄ vlla dubitatione regni celestis cōfortiū cū eo. quē pro virtutibus diligebat cū esset et ipse vir virtutum: accepit.

ad signū. Mittam quoq; et puerū dicēs ei: **Uade** et affer mihi sagittas. **Si** dixerō puero ecce sagittę intra te sunt. tolle eas: tu veni ad me. quia par tibi est. et nihil ē mali: ^{rex saul.} viuit dominus. **Si** autē sic locutus fuero puero: ecce sagittę ultra te sunt. vade in pace: quia dimisit te dominus. De verbo autē quod locuti fuimus ego et tu: sit dominus inter me et te vsq; in sempiternus. **Abconditus** est ergo dauid in agro. et venerūt kalēde: et sedit rex ad comedendū panem. **Lūq;** sedisset rex super cathedram suam scdm cōsuetudinē quę erat iuxta parietem: surrexit ionathas. et sedit abner ex latere saul. vacuusq; apparuit locus dauid. et non ē locus saul quicquā in die illa. **Lo**gitabat enim qd forte euenisset ei. vt non esset mundus nec purificatus. **Lūq;** illuxisset dies secunda post kalendas: rursus vacu^s apparuit locus dauid. **Dixitq;** saul ad ionathan filium suum: **Cur** nō venit filius ysai: nec heri nec hodie ad uescendū? **Et** respondit ionathas sauli. **Rogauit** me obire vt iret in bethleem. et ait: **Dimitte** me: qm̄ sacrificium solēne est in ciuitate mea. **Un^d** de fratrib⁹ meis accersuit me. **Nūc** ergo si inueni gratiā in oculis tuis: vadam cito et videbo fratres meos. **Ob** hęc causam non venit ad mensam regis. **Frater** autē saul aduersus ionathan. dixit ei: **Fili** mulieris vix ^{i. adultere} vltro rapientis. nunquid ignoro quia diligis filium ysai in confusi

Nūquid ignoro quia diligis et d. d. amas inimicū meū et ducis mibi i

onē tuam: et in confusione ignominiosę matris tuę. **Omnibus** enī diebus quibus filius ysai vixerit super terram: nō stabilieris tu neq; regnū tuum. **Itaq;** iam nunc mitte. et adduc eum ad me: quia filius mortis est. **Respondens** autē ionathas sauli patri suo ait: **Quare** morietur? **Quid** fecit? **Et** arripuit saul lanceā. vt percuteret eū. **Et** intellexit ionathas qd definitū esset a patre suo. vt interficeret dauid. **Surrexit** ergo ionathas a mensa in ira furoris: et non comedit in die kalendarū secūda panē. **Cōtri** status est enim super dauid: eo qd ^{improperans qd filius esset adultere.} confudisset eum pater suus. **Lūq;** illuxisset mane. venit ionathas in agrū iuxta placitū dauid. et puer paruus cum eo. **Et** ait ad puerū suum: **Uade**. et affer mihi sagittas quas ego iacio. **Lūq;** puer cucurrisset. iecit aliam sagittā trans puerum. **Venit** itaq; puer ad locū iaculi qd miserat ionathas. **Et** clamauit ionathas post tergū pueri. et ait: **Ecce** ibi est sagitta. porro vltima te. **Clamauitq;** iterū ionathas post tergū pueri dicens: **Festina** velociter. ne steteris. **Collegit** autē puer ionathę sagittas: et attulit ad dominū suū. et quid ageretur penitus ignorabat. **Tantūmodo** enī ionathas et dauid rem nouerant. **Dedit** igitur ionathas arma sua puero. et dixit ei: **Uade** defer in ciuitatē. **Lūq;** abisset puer: surrexit dauid d loco qui vergebat ad austrū: et cadens pronus in terram adorauit tercio. **Et** osculantes se

quo ostendis adulterino te conceptum concubitu. Nam legitime nati artius amant patres.

Affer sagittas quas iacio. **Quid** est qd ionathan volens seruare dauid. cū ille lateret in agro iuxta lapidē ad signū duas sagittas iecit. quas puer paruulus ignorans quid faceret collegit: et in ciuitate retulit. nisi qd pater filii vnguentū ad salutem humani generis mittendū in littera legis indēis nesciētib; habuit absconditū. **Dauid** ergo abscondit⁹ ē in agro: et xps in mūdo. **In** mūdo erat e. mādus p. i. f. e. et m. e. nō. c. **Iuxta** lapidē sedebat: quia in tabulis legis script⁹ erat. vnde dñs deus tuus vnus ē. et nō assumes nomē dei tui vānū. **Saul** iter epulas eū mortis filii esse indicabat. et iudaica psidia inter palchales epulas d nece domini tractabat. **Lūq;** ergo illuxisset mane: venit ionathas in agrū iuxta placitū dauid. et puer paruulus cū eo. iecit vnā sagittā. iecit et alterā. et deus pater illucescente mane fidei prius testimoniū legis de chusto. prulit. deinde pphetas misit. **Collegit** puer ionathę sagittas: et ad dñm ignorās qd ageret retulit. **Sic** iudaic⁹ populus libros legis et pphetarū portans quasi diuinitus scriptos honorabat: sed quē moyses et pphete p dixerāt ignorabat.

Achimelech. frater meus rex. Apo- stoli quos rex regum fratres suos appellat solus fuit dauid: et christus in passione. Dauid ait: Illo et illo in loco condixi pueris meis. Et christus dixit: postquam resurrexero precedat vos in galilea. Per uiam pollutam venit dauid: et christus in mundas actus iudeorum impol- lutus pertransiit. Dauid ait: Et ipsa hodie sanctificabitur uasis meis. Et uasa domini. i. apostoli a con- tagione iudeorum fide sanctificati sunt.

Quia hec pole. In hebreo uia hec laica est. Quasi in lege scriptum est: ut extraneus non comedat ex eis. cur interrogat utrum mundi sint pueri: qui etiam si mundi essent ueluti non deberet uia ergo laica est: quia tu laicaliter interrogas. sed et ipsa hodie sanctificat in uasis. In uasis. i. mente sua se sanctificari dixit: quia nisi necessitate corporis et periculo uitae uigilante non ueliceret eis.

Dedit ergo eis. Quam ad prophetiam pertinet. hoc in christo impletum est: qui positus in carne dum iudex omnium se uicem declaret: ad apostolos transiit: cum quibus cibum desideratum suscipit. desiderio. n. desiderauit manducare pascha. Solie. i. diaboli arma sustulit. Ipse enim fortior spolia fortis diripuit. His autem a quibus receptus est christus: intulit diabolus persecutionem. tribulationem. et mortem. Des enim qui uolunt pie uiuere in christo: persecutionem patiuntur. unde si me persecuti sunt: et uos persequentur.

In tabernaculo. In hebreo obligatus in conspectu domini: forte enim uouerat: quod aliquot diebus in tabernaculo domini moraretur. et vacaret orationibus.

Doech ydume. Qui camelorum. i. infructuosi gregis. et

alterutrum. fleuerunt pariter: dauid autem amplius. Dixit ergo ionathas ad dauid: uade in pace. Quocumque iurauimus ambo in nomine domini dicentes: dominus sit inter me et te: et inter semen tuum et semen meum usque in sempiternum. Et surrexit dauid et abiit: sed ionathas ingressus est ciuitatem.

C. XXI. Venit autem dauid

in nobe ad achimelech sacerdotem. et obstupuit. Achimelech: eo quod uenisset dauid. et dixit ei. Quare tu solus et nullus tecum est? Et ait dauid ad achimelech sacerdotem: Rex precepit mihi sermonem et dixit: Nemo sciat rem propter quam missus es a me. et cuiusmodi tibi precepta dederis. Nam et pueris meis condixi in illum et illum locum. Nunc igitur si quid habes ad manum. uel quinque panes da mihi. aut quidquid inueneris.

Et respondens sacerdos ait ei: Non habeo panes laicos ad manus: sed tantum panem sanctum. Si mundi sunt pueri. maxime a mulieribus manducant. Et respondit dauid sacerdoti. et dixit ei: Et quidem si de mulieribus agitur continuo minus nos ab heri et nudius tertius quando egrediebamur. et fuerunt uasa puerozum sancta. Porro uia hec polluta est: et ipsa hodie sanctificabitur in uasis. Dedit ergo eis sacerdos sanctificatum panem: neque

enim erat ibi panis. nisi tantum panes propositionis qui sublatis fuerant a facie domini: ut poneretur panes calidi. Erat autem ibi uir quidam de seruis saul. in die illa intus tabernaculo domini. et nomen eius doech ydumeus: potentissimus pastorum saul. Dixit autem dauid ad achimelech: Si habes hic ad manum hastam aut gladium. da mihi: quia gladium meum et arma mea non tuli mecum. Sermo enim regis urgebat me. Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius goliath philistei quem percussisti in valle therebinti: est in uoluitus pallio post ephod. si istum uis tollere: tolle. Neque enim hic alius est absque eo. Et ait dauid: Non est huic alter similis: da mihi eum. Surrexit itaque dauid et fugit in die illa a facie saul: et uenit ad achis regem geth. Dixerunt ei serui achis cum uiderent dauid. Numquid non est iste dauid rex terre? Nonne huic cantabant per choros dicentes: percussit saul mille. et dauid decem milia. Posuit autem dauid sermones istos in corde suo. et extimuit ualde a facie achis regis geth. et mutauit os suum. et collabebatur inter manus eorum. et impingebat in hostia porte: defluebantque saliuę eius in barbam. Et ait achis ad seruos suos: Uidistis hominem in sanum? Quare adduxistis eum ad me? an defunt nobis furiosi qui introduxistis istum ut fureret me presentem? dimittite illum hinc ne ingrediatur domum meam.

toruosi custos erat. et interpretatur motus uel sollicitus. qui et percussit achimelech sacerdotem magni. qui interpretatur frater meus rex: nomine et actu iudae significat. per quem contra christum regem. uerum diabolus operatus est fraude: ut eo perditio etiam ecclesia pateret: et discipuli christi et sacerdotes pro nomine eius occiderent. Sed in domo achimelech solus abiatbar princeps sacerdotum euasit: quod nemo potest nocere christo sacerdotum principi. qui uictor celos ascendit. Posuit autem dauid. Iudo. h. Achis interpretatur: quomodo est. per quod significat ignorantia. Verbum enim iurantis. et non agnoscetis. quod iudaeis impletum est. qui dum christum uiderunt non agnouerunt. coram eis mutauit os suum: et abiit. Erant enim ibi precepta legis carnalia. erat sacrificium secundum aaron: sed ipse de corpore suo et sanguine instituit sacrificium secundum ordinem melchisedech. Mutauit os suum in sacerdotio. mutauit precepta. dicit aliud testamentum euacuata operatione carnali. collapsus est in manibus eorum. Quia enim comprehenderunt et crucifixerunt. et prociuerunt ad hostium porte. humiliabat se ad initium fidei nostre. hostium porte initium fidei est. a fide incipit ecclesia. et peruenit usque ad spem. Saliuę que furiosi decurrebant per barbam eius. apostolus aperit dicens. Predicamus christum crucifixum iudeis quidem scandalum gentibus autem stultitiam. Infirmis saliuę enim significat. quod stultum dei fortius est hominibus. Saliuę fluunt per barbam. quomodo enim in saluis infirmitas. sic uirtus ostenditur in barba. Texit ergo uirtutes suam corpore infirmitatis sue. et quod foris infirmabat. tanquam salina apparebat in tuis diuina uirtus. tanquam salina latebat. c. 2

quo ostendit... concubitu... amant pueri... Affert sagittas... quibus... in uoluitus... sagittas... pueri... legunt... tunc... huiusmodi... eum... e. no. c. Janna... sedebat... legis... unde... nomine... Saul... motus... cat... dia... ep... illud... ionathas... agere... dauid... legis... tunc... sed... p... rabat.

C. XXII

Fuit ergo ide

dauid: et fugit in speluncam
 odollam. Quod cum audissent fratres
 eius: et omnis domus patris eius:
 descenderunt ad eum illuc. Et con-
 uenerunt ad eum omnes qui erant
^{f. peccatorum. f. non habentes latitudinem caritatis}
 in angustia constituti et oppressi ere
 alieno et amaro animo: et factus est
 eorum princeps. Fueruntque cum eo
 quasi quadrigenti viri. et profectus
 est dauid inde in masphat: que est
 moab. Et dixit ad regem moab:
 Maneat oro pater meus et mater
 mea vobiscum: donec sciam quid fa-
 ciat mihi deus. Et reliquit eos ante
 faciem regis moab. Manseruntque
 apud eum cunctis diebus quibus
 dauid fuit in presidio. Dixitque gad
 propheta ad dauid: Noli manere
 in presidio: proficiscere et vade
 in terram iuda. Et profectus est da-
 uid: et venit in saluz areth. Et au-
 diuit saul quod apparuisset dauid: et
 viri qui erant cum eo. Saul autem
 cum maneret in gabaa: et esset in ne-
 more: quod est in rama. hastam ma-
 nu tenens: cunctique serui eius cir-
 cūstarent eum: ait ad seruos suos
 qui assistebant ei: Audite me nunc
^{f. i. beniamin.}
 filij gemini. Nunquid omnibus vo-
 bis dabit filius ysai agros et vine-
 as: et vniuersos vos faciet tribu-
 nos et centuriones: quoniam coniurastis
 omnes aduersus me: et non est qui mi-
 hi renunciaret: maxime cum et filius
 meus secundus iunxerit cum filio ysai.
 Non est qui vicem meam doleat ex
 vobis: neque qui annunciet mihi: eo

Quod cum au-
 dissent. **R.** Signi-
 ficant quod redemptor
 noster peccata passi-
 one et redemptione hu-
 mani generis de isra-
 elitica plebe in iudea
 primam ecclesiam collo-
 cauit: de qua et carne
 sumpsit. ubi fratres
 eius. i. apostoli. et domus
 patris eius. i. qui cre-
 diderunt ex iudeis ve-
 nerunt ad illum. et conue-
 nerunt ad eum omnes qui
 e. in. an. constituti sunt.
Quibus. f. ait. Veni-
 te ad me omnes qui labo-
 ratis et onerati estis.
 et ego reficiam vos.

Ere alieno. R.
 Lenius. i. peccatorum
 que diabolo persol-
 uunt: dum exigunt me-
 bra seruire iniquitati
 ad iniquitatem. necesse
 est ut tales in amari-
 tudine animi peniten-
 tiam agant: et ad dauid
 veniant. i. ad christum
 cunctis gentibus desi-
 deratum. ut fiat eorum
 princeps. Ipse enim
 iudex viuorum et mortu-
 orum: et princeps pacis
 cuius regni non erit
 finis.

Dixitque gad.
R. de ipso gad
 inducit. Nulla enim
 fit mentio eius in prece-
 dentibus: sicut et helias.
 ubi dicitur: et dixit he-
 lias thesbites de ha-
 bitatoribus galaad.
 Ex ore igitur domini
 gad propheta dixit ad
 dauid: ut non moraretur
 inter gentes in ter-
 ra polluta: sed in terram
 iudee redeat. ubi iux-
 ta voluntatem domini
 persecutionem sustineat.

quod suscitauerit filius meus seruus
^{f. inimicum.}
 meum aduersum me insidiantem
 mihi usque hodie. Respondens autem
 doech ydumens qui assistebat: et
 erat primus inter seruos saul. U-
 di inquit filius ysai in nobe apud
 achimelech filium achitob sacerdo-
 tem. Qui consuluit pro eo dominum:
 et cibaria dedit ei. Sed et gladium
 goliath philistei dedit ei. Misit er-
 go rex ad accersendum achimelech
 filium achitob sacerdotem: et omnem
 domum patris eius sacerdotum qui
 erant in nobe. Qui vniuersi vene-
 runt ad regem. Et ait saul: Au-
 pi fili achitob. Qui respondit: pro-
 pheta sum domine. Dixitque ad eum
 saul: Quare coniurasti aduersum
 me tu et filius ysai: et dedisti ei pa-
 nes et gladium: et consuluisti pro eo
 dominum ut consurgeret aduersum me:
 insidiator permanens: Respondens
 achimelech regi ait: Et quis in
 omnibus seruis tuis sicut dauid
 fidelis: et gener regis: et pergens
 ad imperium tuum: et gloriosus in do-
 mo tua. Num hodie cepi consulere
 dominum pro eo: Absit hoc a me
 ne suspicetur rex aduersum seruum
 suum rem huiusmodi in vniuer-
 sa domo patris mei. Non enim sci-
 uit seruus tuus quicquam super hoc
 negotio: vel modicum vel grande.
 Dixitque rex: morte morieris achi-
 melech tu et omnis domus patris
<sup>f. emissarii sunt: qui imperio regis mittuntur
 ad interficiendos reos.</sup>
 tui. Et ait rex emissariis qui circū-
 stabant eum: Conuertimini et iter-
 ficite sacerdotes domini. nam ma-
 nus eorum cum dauid est: scientes

^{f. dauid et serui sui}
 q̄ fugissent et nō idicauerūt mihi.
 Noluerūt autē serui regis extēdere
 manū suāz i sacerdotes domini.
 Et ait rex ad doech: **Conuer**
 te tu et irruē in sacerdotes dñi. **Conuer**
 susq; doech ydumeus irruit in sa
 cerdotes. et trucidauit in die illa
<sup>f. ut per hab. cum religionis moueretur aut
 mus regis ad pietatem.</sup>
 octogintaquinq; viros vestitos
 ephoth lineo. **Nobe** autē ciuitatem
 sacerdotū percussit in ore gladij.
 viros et mulieres. paruulos et la
 ctantes. bouēq; et asinū et oues in
 ore gladij. **Euadens** autē vnus fi
 lius achimelech filij achitob. cui
 nomē erat abiathar. **Fugit** ad da
 uid. et annuncianit ei q̄ occidisset
 saul sacerdotes domini. **Et** ait da
 uid ad abiathar: **Sciebam** in die
 illa q̄ cum ibi esset doech ydume
 us. proculdubio anūciaret sauli.
Ego sum reus omniū animaz pa
 tris tui. **Mane** mecum. ne timeas.
Siquis quesierit animā meā: que
 ret et aiaz tuā: mecumq; seruaberis

C. XXIII.
Et annunciaue
 runt dauid dicentes: **Ec**
 ce philistim oppugnant ceilam. et
^{f. annona de arcis asportata.}
 diripiunt areas. **Consuluit** igitur
 dauid dñm dicens: **Num** vadaz
 et percutiā philisteos istos? **Et** ait
 dominus ad dauid: **Uade** et per
 cutes philisteos. et saluabis ceilaz.
Et dixerūt viri qui erant cum da
 uid ad eum. **Ecce** nos in iudca cō
 sistentes timemus: quātomagis
 si ierimus in ceilā aduersus agmi
 na philistinorū? **Rursus** ergo da

uid cōsuluit dominū. **Qui** respō
 dens ait: **Surge** vade in ceilam.
Ego enī tradā philisteos i manu
 tua. **Abijt** dauid et viri ei⁹ i ceilā.
 et pugnauit aduersum philisteos.
^{f. oneranda de area.}
Et abegit iumenta eorū. et percuf
 sit eos plaga magna: et saluauit
^{f. i. dominus}
 dauid habitatores ceile. **Porro**
 eo tēpore quo fugiebat abiathar
<sup>f. Quod moyses iubere domino fecerat sicut
 etiā rōnale i quo erat doctrina et veritas. i quo
 etiam consuluit dauid dominum.</sup>
 filius achimelech ad dauid i ceilā
 ephot secum habens. descēderat.
Nunciatū est autē saul q̄ venisset
 dauid in ceilam. **Et** ait saul: **Tra**
 didit eum dominus in manus me
 as. **Conclususq;** est introgressus
 vrbē. in qua portę et serę sunt. **Et**
 p̄cepit saul omni populo. vt ad
 pugnā descēderet ad ceilam: et ob
 sideret dauid et viros ei⁹. **Quō** cū
 rescisset dauid: quia p̄pararet ei
 saul clam malū. dixit ad abiathar
 sacerdotez. **Applica** ephot. **Et** ait
 dauid: **Domine** deus israel audi
 uit famam seruus tuus q̄ dispo
 nat saul venire ad ceilam: vt euer
 tat p̄pter me vrbē. **Si** tradēt me
 viri ceile in manus eius. et si descē
 det saul sicut audiuit seruus tu⁹?
Dñe deus israel indica seruo tuo.
Et ait dominus: **Descendet.** Dixit
 q; dauid rursus: **Si** tradent me
 viri ceile. et viros qui sunt mecum
 in manus saul? **Et** dixit dominus:
^{f. In voluntate habent vt tradent.}
 tradent. **Surrexit** ergo dauid et
 viri eius quasi sexcenti. et egressi
 de ceila. huc atq; illuc vagabātur
 incerti. **Nunciatūq;** est saul q̄ fu
 gisset dauid de ceila et saluat⁹ eēt:

Descendet zc.
 R. Si hic itetens d
 scendet saul: et tradēt
 te viri ceile in manus
 eius. ergo voluntatē
 eorū idicauit. viri autē
 ceile ingrati bñficijs
 dauid. quos de ma
 nibus philistinorum
 liberauit. ind. eorū ifi
 delitatē significant: et
 incōstantiam: qui re
 deptoni suo ingrati
 apud seculi potesta
 tes insidiant. Ceila
 autē interpretatur ad
 fundam iacta: vel ex
 cellēs sibi met. In cir
 cuitu impij ambulāt
 et stultus vt luna mu
 tatur.

quāobrē dissimulauit exire. **M**orabatur autē dauid in deserto in locis munitissimis in monte solitudinis: ^{† s. ziph mons squalidus vel nebulosus vel caligans. vnus autē de posteris caleph sic appellatus est.} ziph in monte opaco. **Q**uerebat tamen eum saul cunctis diebus: et non tradidit eum in manus eius. **E**t vidit dauid quod egressus esset saul ut quereret animā eius. **P**orro dauid erat in deserto ziph in silua. **E**t surrexit ionathas filius saul: et abiit ad dauid in siluam: et confortauit manus eius in deo. ^{Jonathas.} **D**ixitque ei: **N**e timeas. **N**eq̄ enim inueniet te manus saul patris mei. **E**t tu regnabis super israel: et ego ero tibi secundus. **S**ed et saul pater meus scit hoc. **P**ercussit igitur uterque seclus coram dño. **M**ansitque dauid in silua. **J**onathas autē reuersus est in domū suā. **A**scenderunt autē ziphei ad saul in gabaa dicentes: **N**onne ecce dauid latitat apud nos in locis turtissimis siluę: in colle achille que est ad dexterā deserti: **N**ūc ergo sicut desiderauit aia tua ut descenderes: descende. **N**onstrū autē erit ut tradamus eum in manu regis. **D**ixitque saul: **B**enedicti vos a domino: quia doluistis vicē meā. **A**bite ergo et diligenti⁹ preparate: et curiosius agite. et considerate locum vbi sit pes eius velociter: vel quis viderit eum ibi vbi dixistis. **R**ecogitat enim de me quod callide insidiet ei. **C**onsiderate et videte omnia latibula eius in quibus absconditur: et reuertimini ad me ad rem certam ut vadam vobiscū. **N**ō si etiā in terrā se obstru-

Ziphei Rab.
Apud se latitantem dauid sauli prodiderunt. et cū eo de morte eius tractauerunt. Ziphei autē florentes vlt germinantes interpretantur: et significat eos iudeos qui flore terre ni regni appetentes. cū principibus suis de nece christi tractauerunt: quomodo cū per discipulū suū perditum apprehenderēt: et presidi ad interficiendū traderent. et florentes seculi christū in membris potestates scilicet huius mūdi prodūit.

xerit: perscrutabor eum in cūctis milibus iuda. **A**t illi surgētes abiērūt in ziph ante saul. **D**auid autē et viri eius erant in deserto maon in cāpestris ad dexterā iesimuth. **F**uit ergo saul et socij eius ad querendū eum. **E**t nunciatus ē dauid: **S**tatimque descendit ad petraz: et versabatur in deserto maon. **N**ō cū audisset saul persecut⁹ ē dauid in deserto maō. **E**t ibat saul et viri eius ad latē mōtis ex pte vna. **D**auid autē et viri eius erant in latere montis ex parte altera. **P**orro dauid desperabat se posse euadere a facie saul. **I**taque saul et viri eius in modū corone cingebant dauid et viros eius: ut caperent eum. **E**t nuncius venit ad saul dicens: **F**estina et veni quā insuderunt se philistinim super terrā. **R**euersus est ergo saul desistens persequi dauid: et perrexit in occursum philistinorum. **P**ropter hoc vocauerunt locum illuz petram diuidentem.

C. XXIII.

Hscēdit ergo dauid inde: et habitauit ^{s. fons hedi vel oculi tentat. omnis} in locis turtissimis engaddi. **L**ūque reuersus esset saul postquā persecutus est philisteos: nunciauerunt ei dicentes: **E**cce dauid in deserto ē engaddi. **A**ssumens ergo saul tria milia electorū viroz ex omni israhel perrexit ad inuestigandū dauid et viros eius: etiā super abruptissimas ^{† s. Ibices sunt animalia que de rupibus cadentia se cornibus excipiunt} petras que solis ^{locus sic appellatus.} ibicibus peruię sunt: venit ad caulas ouium que se offerebant vianti. **F**ratres

C. XXIII.

